mi, et eorum summæ $\frac{1}{2}$ dabit mediam proportionalem, ut $\div 3.\ x.\ 9.$ $x=$
$3+9:2=6$. E idem ē, ac si ita esset: $3.\ 6:6.\ 9.$ vel. $\div 3.\ 6.\ 9.$ et sic ulti
Media proportionalis Geomᶜ invenietur, si ex producto extremorum radix
extrahatur, ut $\div\div 3:x:27.$ $x=\sqrt{3 \times 27}=\sqrt{81}=9$. E. $3:9:27$. et sic de ceteris.

## De Progressionibus.

Progressio ē iterata proportio, ut eg. sit exemplum progressionis A-
rithmeticæ: 1. 5. 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33. 37. 41. 45. etc. Geometricæ sit:
eg. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. etc. Utraq. eē decrescens ut. 64. 16. 4. 1
In progressione sunt hæ res quatuor: Terminus primus, q algebraice expri-
mitur $a$, 2do. differentia $d$ in Arithmᶜ, et quotiens $q$ in Geomᶜ. 3tio. nume-
rus terminorum. $n$. 4to terminus ultimus. $w$. Hæ ideo sunt literis. $a.\ d.\ q.\ n.\ w$
denotatæ, quia quæsitum quidquid ex his 4 rebus facile p operationes Alge-
braicas redeunt, quare et tabulæ, seu potius formulæ ponuntur.
Formula prima Generalis $w-a=dn-d$ ex qua hæ eruuntur:
1. $w=a+dn-d$. 2. $a=w+d-dn$. 3tia. $d=\frac{w-a}{n-1}$ 4. $n=\frac{w-a+d}{d}$
Formula secunda Generalis $2s=an+wn$. ex qua ptculares 4. deduc
1. $s=\frac{an+wn}{2}$, 2. $n=\frac{2s}{a+w}$. 3. $a=\frac{2s-wn}{n}$. 4. $w=\frac{2s-an}{n}$.
Formula 3tia Generalis. $2an+dn^2-dn=2s$. ex ea eruuntur:
1. $s=an+\frac{dn^2-dn}{2}$. 2. $d=\frac{2s-2an}{n^2-n}$ 3. $a=\frac{2s+dn-dn^2}{2n}$.
4. $n=\sqrt{\frac{2s-a}{d}+\frac{a^2}{d^2}+\frac{1}{4}}-\frac{a}{d}+\frac{1}{2}$. Formula 4ta Gnalis:
$2s=2wn+dn-dn^2$. ex qua producuntur. 1. $s=wn+\frac{dn-dn^2}{2}$.
2. $w=\frac{2s+dn^2-dn}{2n}$. 3. $d=\frac{2s-2wn}{n-n^2}$ 4. $n=\frac{2s+dn^2-dn}{2w}$.

Quinta

Quintam gnalem n̄ tam usitatam omitto. Usus harum tabularum hic est
si eg. terminus primus, datu summa cum terminorum, et n̄rus eorum, inveniendus
vero ultimus terminus, quaerenda est talis formula, in qua est a, s, n, et w, ...
hac gnali quaerenda est talis, cui w ē aequale, nam w quaeritur, et sic de ceteris.
Erit itaq' ut hic 4ta parti 2dae gnalis. Exempla.

1. Spatium 120 ulnarum peragratum ē 10 horis. differ. 2. quantum confectu est unâ horâ seu a? hic $n=10$. $s=120$. $d=2$. ex 3tia 3tiae gnalis: $a=\frac{2s+dn-dn^2}{2n}$

2. Artifex primo die lucratus ē 2. fl. et lucrum eius augebat 3. fl. ita ut ultimo labotis die lucratus sit 35. fl. quot diebus laborabat hoc ē n? In hoc problemate $a=2$. $d=3$. $w=35$. ex 4ta 1mae gener. q̄ ē: $n=\frac{w-a+d}{d}=12$. diebus ...

3. Quidam introgatus quantum in libros expenderit? respondit primum librum constare unô fl. ultimum 64. librorum vero n̄rus erat 22. summa? Hic $n=22$. $a=1$. $w=64$. ex 1ma 2dae gnalis, scil: $s=\frac{an+wn}{2}=715$. Si quaereretur hic differ., erit p 2dam 3tiae gnalis. $d=\frac{2s-2an}{n^2-n}=3$

Hic solvi pt. qt st tegulae in tecto aedificij? et aliae problemmata pragr. Arithm.

In progressione Arithmetica n̄ri extremi additi st aeqles quibuscumq' n̄ris duobus à finibus aequidistantibus, vel duplo medio si n̄rus impar, ut: 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13.
Summa hec cum terminor. à medio progressionis, sivè à finibus
aequidistantium est inter se aequalis. Summa autem totius progressionis erit, si n̄rus terminorum ducitur in semisummam extremorum. Cetera de hac progressione lege in de la Caille.

14.
14.
14.
14.

Progressio Geometrica consistit in quotiente, ut: 1. 3. 9. 27. 81. 243. 729. etc.
Summa totius progressionis hoc modo invenitur. $s=\frac{qw-a}{q-1}$. Cetera formulae st in usu, et de his lege in de la Caille, licet sepè sine illarum ope eē potest desideratum inventum. Exempla.

1. Unum granum frumenti post annum producit 20. et ita porro, quot erunt grana ex anno 12mo? Quotiens ē 20. p q̄m erit haec progressio: 1. 20. 400. 8000. 160000. etc usq' ad 12mam potentiam, seu annum. erunt itaq' grana post annum 12mum 4,096000,000000,000. Algebraice, sive p formulam $w=q^{12}$ idemq' est labor elevandi et cum formula.

2. Quidam ē censibus suorum bonorum percipiens quotannis 10000,000. fl. voluit conductori ea locare hac lege: ut pro uno mense tantum illi solvat et quidem primo die unum aēm. 2do. 2. 3tio 4. 4to. 8. 5to 16. et ita cum quotiente 2. ad 30mum diem. quot conductor heredi solveret? Solvet itaq' aēs: 1,073741,823. seu fl. 3579139$\frac{4}{10}$. nam ultimus terminus est 536870912. seu 30mae dies. summa autem progr. $s=\frac{qw-a}{q-1}$. ē: 1,073741,823.

3. Victor quidam suae legionis officiales ita remuneratus, ut minimo 5. aurei supremo vero 3645. obtinerint, reliqui unus supra alterum triplo plus accipiebant. n̄rus officialium? hic ē inversa progressio p quotiens 3. scil: 3645. 1215. 405. 135. 45. 15. 5. fuerunt ergo Officiales 7 ut termini.

4. Operarius quidam laborans 6. diebus; ita ut lucrum eius quotidie triplicaretur lucratus 364 fl. quaeritur quot lucratus ē singulis diebus? dicendum $w=\frac{s-a}{q}$. $a=1$. ponamus. ē $s-a$ est 363. q dividens 2. ...

...t: 3. dat quotum 121. hic quotus receptus à vera summa qff. 364. relinq...
...timum terminum 243. qui incipit progressionem: 243. 81. 27. 9. 3. 1. lucratur ...
...m primum terminum recipimus à summa, q e ignotus, melius e prius p qu...
...um dividere, residuum erit primus terminus, quare fiat progressio, q si mult...
...dat residuo quotus, et hac summa erit primus terminus, si adhuc mult, adhuc h...
...ic summa addat quotiens tot vicibus, quot opportet ad recte solvendam question...

De Regula Catenaria.

Regula dicta Catenaria e, q ht duas columnas, et pt ore multas species et cuiu... qs duo termini ee dnt, hor unus in 2da columna prius ponit, et 2dus mox post eum in prima. int hos igit terminos unus erit ~~erit~~ ignotus. q hoc modo invenit: ducant in se nri totius columnae noti, ducant item in se nri huius columnae in qua e ignotus terminus, huic producto addat q- quaesitum, Haec ergo producta duar columnar et sibi aequalia, sed ut q inveniatur, erit q= producto opposito diviso p altem productum quasi coefficientem, q= erit quotienti.

1. Exemplum. Abibus 3. emunt 25 pyra. Pyra 6 tantum valent, qntum 9. poma. Poma 3. sunt pretio aequalia 10. prunis. et 50. prunae tantum valent, quantum 2 librae castaneae. & quot librae Castaneae constent eq. 15. abibus?
$25 \times 9 \times 10 \times 2 \times 15 = 67500$. Atq $3 \times 6 \times 3 \times 50 \times q = 2700q$. erit itaq $2700q = 67500$. et $q = \frac{675}{27} = 25$. lib Castan.

| Col. 1ma. | Col. 2da. |
|---|---|
| A. 3 = | 25. Pyr. |
| Pyra 6 = | 9. Pom. |
| Poma 3 = | 10. Prun. |
| Prunae 50 = | 2. lib. Cast. |
| Lib. Cast. q = | 15. Abibus. |
| 2700q = | 67500. |

Potest hc regula solvi p tot proportiones, quot st species, m... 2do termino ponendo primum terminum, erunt itaq. ut hic, m... portiones: $25 : 3 :: 6 : x = \frac{18}{25}$. 2da $9 : \frac{18}{25} :: 3 : x = \frac{6}{25}$ 3tia erit $10 : \frac{6}{25} :: 50 : x = \frac{6}{5}$. 4ta $2 : \frac{6}{5} :: 9 : 15$. id est: $\frac{2}{1} : \frac{6}{5} :: x : \frac{15}{1}$. $x = \frac{2}{1} \times \frac{15}{1} : \frac{6}{5} = 25$ nro quaesito lib. Cast.
Caetera exempla omitto, nam omnia eadem forma peraguntur.

De elevatione ad potentias.

Elevare ad potentiam nil aliud e: qm nrum aliquem p seipsum multiplicare, talis nrus vocat prima potentia, sive radix, productum eius primum vocat quadratum, seu potentia 2da seu ratio duplicata. Productum 2dum vocat cubus seu tertia potentia, seu ratio triplicata. Productum 3tium vocatur quarta potentia seu ratio quadruplicata, seu quadrato-quadratum. Productum quartum vocat quinta potentia, seu ratio quintuplicata, seu quadrato-cubus. Productum ...tum vocat potentia 6ta, sive cubo-cubus, et sic ratio sive potentia 7ma. ...
Unitatis oes potentiae sunt 1. Potentiae 2. st. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. etc. Potentiae 3. st. 3. 9. 27. 81. 243. 729. etc. Potentiae 4. st: 4. 16. 64. 256. 1024 etc. Potentiae 5 st: 5. 25. 125. 625. etc. Potentiae 6. st. 6. 36. 216. etc. Potentiae 7 sunt 7. 49. 343. Potentiae 8 st: 8. 64: 512 etc. Potentiae 9. st: 9. 81. 729. etc. Ad qm potentiam nrus e elevandus nota supra scripta indicat, sic: $5^4 = 625$.

De Extractione Radicum.

Quoniam resolvere e difficilius, qm componere, ideo leges extrahendarum radicum ponuntur. Hoc signum √ si... significat ac si eet $\sqrt[2]{}$, seu radicem quadratam. q hoc modo extrahit: Dividat nrus datus p binas notas à dextris, tum

6,25,00 | 250.
4
2 25
2 25
50 | 000.00

in nro...

in primo membro quaeratur radix quadrata, ut in exemplo praecedenti in 6. cuius radix est proxima 2. haec radix quasi pro quoto scribatur, deinde ducatur in seipsam 2|2 = 4. quod sub primo membro scribatur et ab illo recipiatur. Ad residuum deducatur alterum membrum 25. et erit 225. huius divisor est radix prima 2. bis sumpta scil. 4. per quod divisum 22 dat 5. hoc adscribo radici primae, eritque 25. modo 5 elevo ad quadratum 5X5 = 25. quod addo radici ultimae 5 ductae in divisorem 4. et erit 225. et subtrahendo a parte dividendi modo divisam remanserit, deduco tertium membrum 00. quod item est dividendus, divisor autem sunt radices 25 bis sumptae, seu 50. per quod divisa 00. dant 0. tertiam notam radicis, quae erit 250. et si opporteret ducerem radicem 0. in seipsam, et in divisorem, quare dico $\sqrt{62500} = 250$. Probatur si radix elevata ad quadratum reddit quadratum ut hic, $\overline{250}^2 = 62500$. Si sit residuum addantur illi 00. et per duplicem radicem dividantur notae ad dividendi, quotus erit radix in decimalibus, si adhuc est residuum adhuc illi addantur 00. et per bis sumptam radicem dividatur, quousque opportunitas exigere videbitur. Exempla.

$\sqrt{13,10,44}$ | 362
9
6 | 410
396
1444
1444
0000.

$\sqrt{26,52,25}$ | 515.
25
10 | 152
101
102 | 5125
5125
0000.

$\sqrt{7,28,29,30}$ | 2698,6..
4
4 | 328
276
52 | 5229
4761
538 | 46830
43104.
5396 | 372600
323796.
4880400. etc.

si opus sit adhuc plures ducantur decimales, post 6.

Si ex decimalibus mixtis integris extrahenda sit radix, curandum, ut divisio per duas notas cadat in comma separans tota a decimalibus, ut: 54,25. erit $\sqrt{54,25}$ | 7.3... aut zeros addendo, ut: 54.25.80. non 54,258 quod contra naturam decimalium non facit discrimen, quae autem radix extrahitur ex integris radix erit in integris, quae ex decimalibus, radix erit in decimalibus.

De extractione radicis cubicae.

Dividatur nrus datus per 3 notas in membra, tum in primo a sinistris membro quaeratur $\sqrt[3]{}$, seu radix cubica ut in exemplo $\sqrt{229} = 6$. proxime, hoc scripto pro radice, elevo ad cubum, et recipio a primo membro, residuo addo membrum sequens, ut hic 220, et erit dividendus 13220 huius divisor est radix inventa cum 0 elevata ad quadratum et triplicata. erit itaque $\overline{60}^2 \times 3 = 10800$, per quem divido, et quotiens erit 1. hic sequuntur tria facta partialia. Amo. Quotus inventus 1. ducatur in divisorem productum erit ut in A. 2do elevetur ad quadratum, ducatur in praecedentes radices, cum 0. et productum ducatur in 3. erit itaque $\overline{1}^2 \times 60 \times 3 =$ ut

$\sqrt[3]{229,220,928}$ | 612
216
10800 | 13220
10981.
1116300 | 2239928
2239928
0000000

A. 10800
B. 180
C. 1.
10981.

A. 2232600.
B. 7320.
C. 8.
2239928

..tio elevet. ad cubum ut in C. Hæc tria facta A.B.C. addant., et summa eorum subtrahat. à dividendo, dein residuo adjungit. trium membrum, et erit dividendus, cuius divisor item quærit. elevando radices cum o ad quadratum et triplicando, cum inveniet. quotus, sequunt. prius dicta tria facta partialia, et subtrahunt. ut prius ets. Si non sit radix exacta quant. decimales ooo residuo addendo.

## De Algebra.

Algebra e scientia universalis tractans operaões nricas p literas. Cöefficiens e nrus ante literas scriptus, et spectat ad totum productum literar. Exponens scribit. supra literam, et designat ad qm potentiam valor literæ eiusdem e elevandus ut si esset $a = 5$. ergo $4a^2 = 100$. nam $\overline{5}^2 \times 4 = 100$.

Litera cum litera simul pta significat multiplicaõnem sic $abc$ e ac si $a \times b \times c$, quas cöefficiens sequit. Literæ sine cöefficiente, aut Exponente pta sint pro eodem Cöefficiente, aut exponente 1. sic: $ac$ quasi esset $1ac^1$, sed hæc nota unitas omittit.

## De Reductione Algebræ.

Reductio Algebræ tum fit, cum est similitudo in Trminis, q consistit in ijsdē literis et exponentibus. Termini cum signo + delent. x minuunt p subtractionem Trminis cum signo —, et vicißim. remanente signo maioris cöefficientis. Cum signis vero ijsdem Trmini addunt. signo non mutato, sic p reductionem: $-a^2+2ac+3a^2+3ac = 2a^2+5ac$. valor: $a=5$. $c=3$. $2a^2+5ac = 50+75=125$.

Additio Algebræ fit ad membra addendo +. ut si vellem a ad c addere. erit $a+c$. In subtractione signa in contrarium mutant., et fit reductio ut: $\begin{matrix}2ab+4bc \\ ab-3bc\end{matrix}$ exit $\begin{matrix}2ab+4bc \\ -ab+3bc\end{matrix}$ — $ab+7bc$.

## De Multiplicatione Algebraica.

Signa eadem dant + diversa — Cöefficientes inter se multiplicant. Exponentes super easdem literas addunt., ut: $2ab+cf \times 3de-ac = 6ab^?de+3cdef-2a^2bc-ac^2f$.

## De Divisione Algebraicā.

Signa eadem dant + diversa — scil: $+:+=+$. $+:-=-$. $-:+=-$. $-:-=+$. Cöefficientes dividunt. Exponentes subtrahunt. in ijsdem literis, ut:

$a+c \,|\, a^2+ab+ac+bc \,|\, a+b$.
$\quad -a^2-ac-ab-bc$

Si exacte dividi n pt relinquat. imminutis Exponentibus, quātum fieri pt literis, ut $\frac{2ac^3de^5}{bd^3e^3} = \frac{2ac^3e^2}{bd^2 1}$. Cum fit divisio algebræ dividi debet primum membrum dividendi, vel aliud aptum p primū membrum divisoris, deinde ducit. quotus in divisorem, et fit subtractio, et eam ob causam in producto pro tunc subtrahendo signa in contrarium mutant.

## De Æquationibus.

Dum proponitur problemma solvendum hoc e semp observandum, et faciendum. Intellecto statu quæstionis, et conditionibus problematis benè perpensis attendendum imprimis, quæ e illa quantitas, à qua pendet tota solutio, et quæ sunt in datas, et quæsitas relationes.

Qũtittes cognitæ imis alphabeti literis dnant. abcdef etc. incognitæ his. X. Y. Z.

Attendendum cuius e gradûs problemma? an determinatum? quot habet incognitas? liberetur à divisoribus quævis quantitas, seu potiùs Trminus ante omnem operationem addendo hunc ipsum divisorem omnibus Trminis æquationis pr proprium pro Cöefficiente, seu multiplicatore. Si e una æquatio transferant. Trmini æquationis in altd membrum post signum = ...

frus

...nis mutatis, donec in uno membro sit sola incognita, et altero omnes cognitae, et tum erit solutum problema, quare substituitur valor pro literis et invenitur $x$.

Si sunt duae aequationes, eruatur valor ex una, et in altera substituatur, eruitur autem valor ponendo in uno membro aliquam incognitam cum signo +, in altero omnes alios terminos huius aequationis, et loco eiusdem incognitae quae est in uno membro in eruto valore ponitur alterum membrum in altera aequatione, cum iam erit una aequatio. finitur operando iuxta reg. aequationis unius. Ex his praecedentibus reg. patet, quid sit eruere valorem, et quid substituere valorem. Sed substitutio est duplex, una quae fit post erutum valorem, altera pro literis numeros in fine aequationis. Cum erunt tres aequationes, eruendo valorem reducantur ad duas, tum ad unam, et valor erutarum incognitarum cognitus fiet, cum erit nota una incognita.

Probatur problemma si omnibus propositis conditionibus recte satisfacit. Exempla.

1. Quidam attulit ad urbem certam summam pecuniae, primo die expendit $\frac{1}{3}$ huius summae. 2do $\frac{1}{4}$. 3tio die $\frac{1}{5}$ ut remanserit illi 26. fl. Quae fuit eius summa? Denominatio $a=26$. aequatio: $\frac{1}{3}x+\frac{1}{4}x+\frac{1}{5}x+a=x$. seu potius $\frac{x}{3}+\frac{x}{4}+\frac{x}{5}+a=x$. Ad communem denominatorem reducendo erit. $47x+60a=60x$ simul liberando a divisore. Transponendo autem erit: $60a=60x-47x$. Reductione facta erit: $60a=13x$. liberando a coefficiente incognitam erit $\frac{60a}{13}=x$. substituto valore $x=120$. fl. quaesitae summae. Proba: amisit primo die $\frac{1}{3}=40$. 2do $\frac{1}{4}=30$. 3tio $\frac{1}{5}=24$. et remansit ei 4. 26. scilicet $\frac{1}{3}$ seu $40.+\frac{1}{4}$ seu $30+\frac{1}{5}$ seu $24.+26$ dant esse aequales $120$, et invenitur. Hic potest esse talis aequatio $x-\frac{x}{3}-\frac{x}{4}-\frac{x}{5}=a$. quod item post opus dat 120.

2. Quidam interrogatus quot habet pecuniae, respondit: si ad $\frac{1}{2}$ meae summae adderes unam tertiam seu $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$ eiusdem summae esset mea summa + 1. Ult. form. $x=\frac{24}{2}=12$. Aequatio autem est: $\frac{x}{2}+\frac{x}{3}+\frac{x}{4}=x+1$. $x=12$. nam $6+4+3=13$ scil. $12+1$.

3. Quidam interrogatus quot haberet pecunias, respondit: si meae summae $\frac{1}{2}$ adderes ad summam, et $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$ reciperesque partem 12mam seu $\frac{1}{12}$ eiusdem summae, essent fl. 600. Quot habuit? $a=600$. aequatio: $\frac{x}{2}+x+\frac{x}{3}+\frac{x}{4}-\frac{x}{12}=a$ ult. form. $x=\frac{a}{2}=300$

4. Aristoteles interrogatus quot haberet discipulos, respondit: si adhuc tot haberem quot habeo, et huius $\frac{1}{2}$ et $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$ et 1. haberem 112. Quis numerus discipulorum? $a=112$, aequatio: $x+x+\frac{x}{2}+\frac{x}{3}+\frac{x}{4}+1=a$. Ultima formula: $x=\frac{24a-24}{74}=36$. numero quaesito

5. Operarius quidam habuit a. fl. quibus adiunxit 5. hebdomadarum lucrum, cum vero aliquas hebdom. omisit sine lucro, remansit ei huius tantum $\frac{1}{4}$. cui cum adiunxit 2. hebdom. lucr. habuit fl. 21. Quod lucrum eius unius hebdomadae. $a=6$. $b=21$ aequatio: $\frac{a+5x}{4}+2x=b$. Ultima formula: $x=\frac{4b-a}{13}=6$. fl. quaesitis

6. Quidam veniens ad templum dat cuivis pauperi 5 asses, et deficit ei 3. assibus, et receptis stuiveris dat 4. supersunt 2. asses. Quis pauperum numerus, et assium? aequatio: $5x-3=4x+2$. Ultima form. $x=5$ pauperibus ergo asses 22. sine aequatione

7. Quidam interrogatus quot haberet annos? respondit: si $\frac{1}{3}$ meorum annorum et $\frac{1}{4}$ et harum partium additarum $\frac{1}{2}$ et adhuc 9 simul adderes esset numerus meorum annorum. Quot habuit annos? aequatio: $\frac{x}{3}+\frac{x}{4}+\frac{7x}{24}+9=x$. nam $\frac{x}{3}+\frac{x}{4}=\frac{7x}{12}$. huius $\frac{1}{2}=\frac{7x}{24}$. Ultima formula est: $\frac{288a}{36}=x$. substituto valore erit $x=72$. annis quaesitis

8. Aurifaber habet massam constantem ex 4. metallis; auro, argento, aere, et stanno, aurum cum argento ponderat 23 lib. cum aere 27 lib. cum stanno 33. quot librae cuiusvis metalli in hac massa, dum haec tota 53 libras contineat $a=23$. $b=27$. $c=33$. $d=53$. aequ: $x+a-x+b-x+c-x=d$. Ult: form. $\frac{a+b+c-d}{2}=x$: 15. au...

9.

9. Quidam habuit aliquot ases, quibus adiunxit 20. ases, huius summae suae dedit pauperibus $\frac{1}{2}$, pro pane vero solvit $\frac{1}{4}$, residuo ex lucro adiunxit 5. ases, cum autem expenderit 12 ases, nil ei remansit, quot in principio ases habebat? $a=20.\ b=5.\ c=12.$ aequatio: $x+a-\frac{x-a}{2}-\frac{x-a}{4}+b-c=0$. ult. form: $x=\frac{8c-8b-2a}{2}=8$.

10. Praeceptor interrogatus quot haberet discipulos, respondit: $\frac{1}{2}$ meorum discipulorum studet grammaticae, $\frac{1}{3}$ Algebrae, et habeo alios 4 sub diligentiori cura, quot numero discipulorum? $a=4$. aequatio: $\frac{x}{2}+\frac{x}{3}+a=x$. ultima form: $6a=x=24$. numero discipulorum.

11. Quidam exiit domo anno 13tio, traduxit vitae suae $\frac{1}{3}$ in Asia, $\frac{1}{4}$ in Africa, et $\frac{1}{5}$ in America, quot annos vixit? $a=13$. aequ: $a+\frac{x}{3}+\frac{x}{4}+\frac{x}{5}=x$. ult. for: $\frac{60a}{13}=x=60$.

13. Fractiones plures in aequatione reducuntur ad communem denominatorem, et adduntur. 13 Ultimo post problemma semper fiat proba seu potius verificatio, ut in 1mo Exo.

12. Petrus et Joannes attulerunt ad lusum certam parem summam. Petrus amissis 12 fl. habuit 4 vicibus plus Joanne, qui amisit 57 fl. quid singuli summae? $a=12.\ b=57.$ aequatio: $\frac{x-a}{4}=x-b$. ultima form: $\frac{4b-a}{3}=x=72$ summa unius.

Exempla duarum aequationum.

1. Quidam habuit certos annos, qui iuncti annis alterius faciunt 100. annos, primus autem 30. annis est senior altero, quis cuiusque anni? $a=100.\ b=30.$ aequatio: $x+y=a$, $x-y=b$. eruo valorem x in prima aequatione erit: $x=a-y$ in altera substituo: $a-y-y=b$. facta reductione, et transpositione: $y=\frac{a-b}{2}=35$. x autem seu anni senioris cognoscuntur ex eruto valore primi: $x=a-y=65$.

2. Quidam emit massam habentem 3 uncias auri, et 5 argenti, solvit pro ea fl 318. Altera vice emit massam habentem 5 uncias auri, et 7 uncias argenti, et dedit pro ea fl 522. quod pretium auri, et argenti? aurum x, argentum y. $a=318.\ b=522.$ aequatio: $3x+5y=a$, $5x+7y=b$. eruo ex 2da valorem y in 2da: $y=\frac{b-5x}{7}$. in prima substituo: $3x+\frac{5b-25x}{7}=a$. libera divis: $21x+5b-25x=7a$. Ultima formula: $\frac{5b-7a}{4}=x=96$ fl. $y=6$ fl ex eruto valore.

3. Puer dixit ad collegam: si tibi adderem ex meis pomis unum, haberemus parem numerum pomorum, alter vero dixit; sed si ego tibi darem, duplum numerum mei haberes pomorum. quot poma quisque habuit? $a=1$. aequatio: $x-a=y+a$, $x+a=2y-2a$. solvo x in altera aequatione, igitur eruo valorem y in prima $y=x-2a$, quod idem est ac $x-2a=y$, in altera substituo: $x+a=2x-4a-2a$, ultima form: $7a=x=7$. y autem habuit per erutum valorem 5.

4. Petrus et Joannes attulerunt simul fl 36. amiserunt simul 10 fl, sed Petrus $\frac{1}{3}$ amisit suae summae, Joannes $\frac{1}{5}$. quid quisque attulit? summa Petri x, Joannis y. $a=36.\ b=10.$ aequatio prima $x+y=a$. aequatio 2da: $\frac{x}{3}+\frac{y}{5}=b$. ad communem denominatorem reducendo, et dividendo liberis erit talis aequatio: $x+y=a$, $5x+3y=15b$. solvo ex y. Eruo valorem $x=a-y$. in altera substituo: $5a-5y+3y=15b$. Ult. form $\frac{5a-15b}{2}=y=15$. $x=21$.

5. Sunt 2 dolia, unum a mensuris 195. alterum a 330. sunt 2 fontanae x. y. x fundens aquam 2 diebus y 3bus, adimplent primum dolium, ad aliud x 5 diebus, y 4. fluunt, et id implent, quot mensuras quaevis fontana uno die fundit? aequatio: $2x+3y=a$, $5x+4y=b$. eruo valorem ex $x=\frac{a-3y}{2}$ in altera substituo: $\frac{5a-15y}{2}+4y=b$. Ultima formula: $\frac{5a-2b}{7}=y=45$. $x=30$ mensuras uno die fundit.

Sto.

6. Duo mercatores habent aliq̃m summam, à qua $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{2}$ et 30. eiusdem summæ recepta relinquunt 150. fl. ? hæc summa? $a=30.\ b=150.$ æquatio prima: $x+y=x.$ 2da: $x+y-\frac{x-y}{3}-\frac{x-y}{2}-a=b.$ liberando à divisoribus 2dam æquationem erit: $6x+6y-2x-2y-3x-3y-6a=6b.$ eruo valorem e.g. $y=x-x.$ in altera post reductionem substituo: $x+x-x-6a=6b$, i.e.: $x=6a+6b.$ Et ultima formula $x=6a+6b=1260.$ summa q̃ta fl.
Hoc problemma ita satis male solvitur, nam una solum est incognita ergo et una æquatio debet eẽ, scilicet hæc: $x-\frac{x}{2}-\frac{x}{3}-a=b$, et venit 1260.

Exempla trium æquationum problemãtũ.

Ludebant tres amici primi $x$ fl. lo iuncti cum 2do. $y$. $x$ cum tertio $z$ fl. 11. $y$ cum $z$ amisit 9. fl. ? quot quisq; amisit? Denominatio: $a=10.\ b=11.\ c=9.$ eruo valorem ex prima e.g. $y=a-x.$ Suntq; iam hæ duæ æquationes $x+z=b$, $a-x+z=c$. Item eruo valorem ex prima $z=b-x$. in altera substituo $a-x+b-x=c$ facta reductione, et transpositione erit: $\frac{a+b-c}{2}=x=6.$ amisio primi. Amisio 2di ex eruto valore patet esse 4. 3tij $z$ 5. item ex eruto valore.

Æquationes: $x+y=a.$ 1. $x+z=b.$ 2. $y+z=c.$ 3.

7. Mercator emit tres equos, pretium primi cum $\frac{1}{2}$ pretij 2di et 3tij facit 25 fl. pretium 2di cum $\frac{1}{3}$ pretij primi, et tertij equi facit 26. fl. 3tij cum $\frac{1}{2}$ primi et 2di 29. fl. ? pretium singuli equi? Pretium primi equi $x$. 2di $y$. 3tij $z$. $a=25.\ b=26.\ c=29.$ Eruo e.g. valorem $x$ in prima, quam reiecturus sum $x=\frac{2a-y-z}{2}$ in reliquis ambabus substituo. erit 2da: $3y+\frac{2a-y-z}{2}+z=3b.$ 3tia erit: $2z+\frac{2a-y-z}{2}+y=2c.$ liberando erit: $6y+2a-y-z+2z=6b$, $4z+2a-y-z+2y=4c$. Post reductionem erit: $5y+2a+z=6b.$ $3z+y+2a=4c.$ Eruo valorem in 3tia e.g. $y=4c-3z-2a$. in prima substituo: erit: $20c-15z-10a+2a+z=6b$. Deinde facio reductionem et ultima formula $\frac{20c-8a-6b}{14}=z=16.$ ex eruto valore $y=4c-3z-a=14.\ 18.$ $x=\frac{2a-y-z}{2}=8.$ fl primi equi.

Æquationes: $x+\frac{y+z}{2}=a.$ $y+\frac{x+z}{3}=b.$ $z+\frac{x+y}{2}=c.$ Liberando à div.: $2x+y+z=2a.$ $3y+x+z=3b.$ $2z+x+y=2c.$

8. Massa aliqua constat tribus metallis, aurô, argentô, et ære. aurum cum argento ponderat 21. lib. cum ære 18. tota massa 27. lib. ? pondus cuiusq; metalli? aurum $x$. argentum $y$. æs $z$. $a=21.\ b=18.\ c=27.$ Eruo valorem in prima $x=a-y$. in altera substituo utroq;: $a-y+z=b$, $a-y+y+z=c$. Deinde factâ reductione eruo valorem ex prima $z=b-a+y$ in altera substituo ett. Ult. form.: $y=c-b=9.$ ex erutis valoribus $x=12.\ z=6.$ Hoc pt solvi p unã æquãone: nempe quærendo unam incognitam $x$ aurum quô cognito omnia metalla nota erunt, eritq; æquatio: $x+a-x+b-x=c.$ venitq; $x=12.$

Æquationes: $x+y=a$, $x+z=b$, $x+y+z=c$

NB. Quo plures st æquationes, eo plures eẽ pnt solutiones, alias scilicet eruendo incognitas, alias solvendo, licet una solutio satisfaciat.
Hac igitur methodo et regulis est solutum problemma quotcunq; sint æquationes in illo resolvendo semper reducendo ad unam æquationem.
Huc usq; dictum ẽ de p̃blematis determinatis, q̃ tot hñt incognitas, q̃t æquãones, modo breviter de indeterminatis dicendum est.

# De Problemmatis Indeterminatis

Indeterminatum problemma est, quod plus habet incognitarum, seu quaesitorum, quam aequationum. Hic tum est facta operatio, cum in uno membro est sola incognita, in altero cognitae cum una incognita, pro qua valor determinatus talis assignetur, quocum quantitas multiplicata, vel recepta vel addit nec sit cum quantitate + nec = 0. Talia problemmata multis viabus solvuntur, et aliquando eorum solutiones sunt innumerabiles.

1. Oenopola habet tres species vini X. Y. Z. vini X mensura constat fl. 9. y fl. 6. z fl. 4. has tres species vult miscere ad mensuras 20. et vult vendere quamvis mensuram unam 7. fl. quaeritur quot mensuras ad mixturam ex quavis specie sit accepturus sine suo damno et emolumento? Si unam mensuram vendet 7. fl. Ergo 20. mensuras vendet 140. florenis. $a=20.\ b=140.$ Aequationes: $x+y+z=a$, $9x+6y+4z=b$. eruo valorem $y$ ex prima $y=a-x-z$. in altera substituo: $9x+6a-6x-6z+4z=b$. Reductione facta erit: $3x-2z+6a=b$. si vellem solvere $x$ erit ultima formula $x=\frac{b+2z-6a}{3}$. $b-6a=20$. pro $z$ assigno valorem eg 1. Ergo $2z=2$, quod additum ad illud residuum faciunt 22, divisi per $3=7\frac{1}{3}$. et hic est valor $x$. $y$ vero est erutum, quare notum esse potest, imo et exaltatione nam $x\ 7\frac{1}{3}+z\ 1=8\frac{1}{3}$ ut igitur sint 20. $y=$ erit $11\frac{2}{3}$. Dein accipio pro $z$ 2, et idem facio quod prius, deinde 3. 4. 5 etc donec potest fieri, ne in $x$ vel $y$ vel $z$ sit 0, aut −0, et erit series solutionum, quarum pars est in tabula. Deinde alteram eruo, et varia item erunt solutiones, quae omnes conditionibus satisfaciunt.

Exempla. Solutiones

| X. | Y. | Z. |
|---|---|---|
| $7\frac{1}{3}$ | $11\frac{2}{3}$ | 1 |
| 8 | 10 | 2 |
| $8\frac{2}{3}$ | $8\frac{1}{3}$ | 3 |
| $9\frac{1}{3}$ | $6\frac{2}{3}$ | 4 |
| 10 | 5 | 5 |
| $10\frac{2}{3}$ | $3\frac{1}{3}$ | 6 |
| $11\frac{1}{3}$ | $1\frac{2}{3}$ | 7 |
| Aliter. | | |
| 7 | $12\frac{1}{2}$ | $\frac{1}{2}$ |
| 8 | 10 | 2 |
| 9 | $7\frac{1}{2}$ | $3\frac{1}{2}$ |
| 10 | 5 | 5 |
| 11 | $2\frac{1}{2}$ | $6\frac{1}{2}$ |
| etc. | etc. | etc. |

2. Quidam Capitaneus iussit in 50. mil. dividi 240 fl. ita, ut veterani in servitute militari accipiant singuli 8 fl. medii 6 fl. novitii 2 fl. quaeritur numerus singulorum? $a=50.\ b=240.\ c=8.\ d=6.\ f=2.$ Veterani $x$. medii $y$. novitii $z$. Aequationes: $x+y+z=a$, $cx+dy+fz=b$. Eruo valorem $z=a-x-y$. Ultima formula erit haec: $x=\frac{b-af-4y}{6}$. Pro $y$ accipio 1. et duco seriem solutionum, ut supra, sed sine fractionibus, nam hic de hominibus agitur, quare in integris solum solutiones admittuntur omissis iisdem cum fractionibus.

Solutiones

| X. | Y | Z. |
|---|---|---|
| 22 | 2 | 26 |
| 20 | 5 | 25 |
| 18 | 8 | 24 |
| 16 | 11 | 23 |
| 14 | 14 | 22 |
| 12 | 17 | 21 |
| etc. | etc. | etc. |

3. Invenire tres numeros x. y. z. qui eandem semper habent differentiam, et facerent additi 105. $a=105$. aequationes $x+y+z=a$, $x-y=y-z$. eruo valorem in 2da $x=2y-z$. in prima substituo. Ultima formula $y=\frac{a}{3}=35$. Ergo si pro $x$ accipiam 1. pro $z$ debeo 69 ut sit numerus 105, et sic ultra.

Solutiones

| X | Y | Z |
|---|---|---|
| 69 | 35 | 1 |
| 68 | 35 | 2 |
| 67 | 35 | 3 |
| 66 | 35 | 4 |
| 65 | 35 | 5 |
| etc. | etc. | etc. |

NB. Omnia problemmata indeterminata in solutionibus habent differentias easdem, quare prima inventa solutione alia addendo notam differentiam solvi possunt.

NB.2. Omnia problemmata per alia eruta alio modo solvi possunt.

NB.3. Duae aequationes ad unam reddi possunt, si ex utraque unius incognitae valor eruatur. sic ex exemplo 5to. $2x+3y=a$, $5x+4y=b$. [illegible fraction: "b" above the line] $y=\frac{a-2x}{3}=\frac{b-5x}{4}$.

# De Geometria Theorica, et Practica.

quomodo dividitur

Quid e Geometria? punctum? linea? quando linea vocatur perpendicularis? quando parallela? quando diagonalis? Quid perimeter? diameter? radius? peripheria? chorda? segmentum? sector? quid angulus? quotuplex? quid triangulum? quotuplex? quotuplices figuræ quadrilateræ? quid polygonum? quotuplex? quo differt ab irregulari? qd superficies? quid solidum? cubus? parallelopipedum? parallelogrammum? Prisma? conus? pyramis? cilindrus? obeliscus? sphæra? etc. de quibus Cl. de la Caille. Problemmata.

1. A puncto dato ad punctum datum lineam rectam ducere in papyro, campo etc.
2. Ex dato puncto in recta erigere perpendicularem, seu normalem ad illam.
3. Ex dato puncto extra rectam demittere perpendicularem ad eandem rectam.
4. Datam rectam bifariam et perpendiculariter secare.
5. Datô extra rectam punctô ducere parallelam.
6. Datis tribus rectis cuiuscunq longitudinis construere Triangulum.
7. Datam rectam in aliquot partes æquales dividere.
8. Scalam Geometricam construere habentem aliquot species mensuræ.
9. Unica circini apertura desumere tres gradus progressionis eg. 2. ped. 3. dig. 7. lin.
10. Lineam rectam in campo metiri Catenâ. Scholium 1mum.


Catena, aut chorda (sznur), quâ in nostro regno utuntur Geometræ, constat ulnis 75. sivi pedibus 150. Dividitur chorda in 10 perticas (pręty) Pertica in alias 10 perticulas (pręciki) Perticula in 10. lineas (linie) linea in 10 lineolas (linijki) et sic deinceps. Hinc pertica constat ulnis $7\frac{1}{2}$. Perticula $\frac{3}{4}$ ulnæ etc.

Scholium 2. Chorda in suas partes divisa debet eẽ lignea, seu metallica, aut catena ferrea, nam funes cannabinos humor contrahit, et vires diversæ inæqualiter tendunt, quæ clare multi authores testantur, et exemplis probant. Huic vitio occurrere pulchre docet Wolfius: si funiculi ex quibus contexuntur funes ad gyros contrarios torqueantur, ac præterea funis oleo ad ignem ferventi immittatur, et postquam exsiccatus fuerit p ceram liquefactam trahatur, eaq oblimiatur. Nullum decrementum longitudinis notabis, etiamsi funem istiusmodi p diem integrum aquis immergas.

Scholion 3. Pondus funis horizontaliter extensi impedimento est, quo minus in rectam lineam conformari possit. Notat Camus lib. 1. cap. 1. Geomtet: Filum 24 pedes longum, ponderans 161 grana $\frac{5}{6}$ et cuius 33. diametri efficiant duos pollices, si horizontaliter tendatur, 10. vinum libris curvari in medio lineh una cum semisse. Hæc itaq deviatio à linea recta impedienda erit aptis sustentaculis.

11. Problemmatum expressior supra resolutiones sunt in de la Caille.

11mum. Metiri distantiã duorum locorum A, et C, quorum intervallum permeari non potest. Resolutio. Eligatur statio aliculi in B. unde ambo loca videri et accedi pnt, tum mensurentur distantiæ AB. CB. ac producti AB. in a. CB in




transfe.

transferantur mensuræ in easdem productas; ita, ut sit $AB = Ba$. et $cB = BC$ dico distantiam $ac = AC$. Demonstratio:

Patet ex nro 508. Sunt enim anguli ad verticem æquales $x = y$, et duo latera æqualem angulum comprehendentia æqualia duobus lateribus homologis nimirum $cB = Bc$ et $aB = BA$. quare triangulum $cBa = ABC$. et $ca = AC$.

Coroll: Si spatii angustiæ non sinat produci latera AB. CB. fiat $Be = \frac{1}{2} AB$ et $Bc = \frac{1}{2} BC$. erit tum $ef = \frac{1}{2} AC$. Nam latera homologa et proportionalia $Be : ef :: AB : AC$. ob similitudinem triangulorum ABC. Bef. nro 540.

Resolutio altera eiusdem problemmatis ope mensulæ.

In mensula Geometrica collocata horizontaliter inde eligatur punctum B, et in eo defigatur acicula, ad quam applicata regula cum dioptris tamdiu huc illucque moveatur, donec per eas prospicienti punctum A occurrat, ducatur in hoc regulæ situ recta eB. similis collineatio fiat in punctum C. ducatur ut prius recta fB. tum inquiratur ope chordæ longitudo rectarum BA. et BC. et ex scala Geometrica iuxta dicta in Coroll. problemmatis 11. transferantur lineæ istæ homologæ ex B in e, et f. ex puncto e ducatur recta ad f. et longitudo rectæ ef applicetur scalæ, hæc indicabit distantiam AC. quæ v.g. chordæ 2. perticand. vel etiam colligitur per proportionem $Bf : fe :: BC : CA$.



12mum. Metiri distantiam duorum locorum AC quorum unus tantum A accedi potest. Resol. Baculo ad arbitrium in B infixo, recta AB transferatur ex B in E. ita, ut baculus in E defixus sit cum A et B. in eadem linea. In E fiat angulus $BED = CAB$. tandem ex E progrediatur in D. donec baculus defixus sit in eadem linea recta tam cum BC, quam cum DE erit itaque $DE = AC$. Demonstratio coincidit cum Demonstratione Problemmatis 11. sunt enim triangula æqualia $ABC = BDE$. ergo $DE = AC$ nro 506.

Resolutio 2da. Defigatur baculus in J cum A et C in eadem recta. Alter baculus defigatur in alio loco ex. gr. in K, ex K in L transferatur JK, in M vero KA. Denique ex K progrediendum in N donec KN sit in eadem linea recta cum KC et ML

Dico eē MN = AC. Demonstraō: Per constructio-
nem e AK = KM. et IK = KL. et anguli ad
verticem x y it æquales, ergo IA = LM. et p=o.
nro 506. Quare cum sit ux = yz erit IL = NL.
Consequenter æqualia ab æqualibus auferendo.
AC = NM.





Resolutio 3tia ope mensulæ. Eligatur statio
in B. unde locus uterq́ cerni, A vero accedi
possit; mensula obducatur charta candida probe
extensa, et collocetur in B
situ horyzontali, tum in
puncto mensæ stationis
loco imminenti figatur
acicula ppendiculariter,
et p regulam pinnulis
instructam, q̄ dicitur dio-
ptra fiat collineatio versus
A et C. ducantur in mensula
rectæ indefinite versus
A et C. Deinde distantia AB ope chordæ
mensurata è scala transferatur ad locum A. et collocetur situ hori-
zontali, ita, ut punctum à loco A directe immineat, recta vero AB. cū
aB in directum iaceat. Fiat deniq́ penes aciculam collineatio versus C, et
ducatur recta, q̄ rectam à statione B. ductam versus C secet in puncto c; recta Ac
scalæ applicata indicabit mensuram distanæ AC. Demonstratio.
Nam triangula ABC. Abc sunt similia ob duos angulos communes, nempe:
A et B. ad b translatum ergo tertius C = c (nro 494) et hinc Ab : AB :: Ac : AC.
sicut ergo Ab ex constructione repræsentat distantiam AB. ita Ac repræsenta-
bit distantiam AC.

Corollarium 1.

Simili raōne latitudo alicuius fluminis inveniri potest. 2dum.
In 2da resolutione problemmatis, si ob angustiam spatij totæ lineæ:
A.K. I.K. transferri n̄ possint, sufficit si ptes aliquotæ earum in KM. et
KL. transferantur ut dictum in Corollario problemmatis 11.


Probl. 13tium. Invenire distaām duos locos A. et B. quos neutr accedi possit.
Resolutio: Eligantur duæ commodæ stationes C. et d. è quibus utq́ locus videri
possit, et primo collocata mensula in C. fiant collineationes, ut supra
in resolutione 3. probl. 12. versus utrumq́ locum, ducanturq́ rectæ ex C
indefinite versus A. B. et d. Deinde mensurata distantia Cd. transfe-
ratur è scala ab acicula C. usq́ in D. ac acicula ex C extracta defigatur
in D, tum mensula ad stationem et transferatur et situ horizontali sic col-
locetur




locetur, ut acicula stationi et directe immineat, recta vero CD. aut Cd. gruat, deniq penes aciculam rursus fiant collineationes versus CA, et B Ducanturq recta prioribus occurrentes in a et b, quorum intervallum ab ad scalam applicatum indicabit distantiam AB.

Demonstratio.

Sunt similia Triangula dcb et CB, item dca, DCA enim in prioribus duobus angulus d communis, et c ex C. translatus, similiter ratiocinandum, de duobus postremis, hinc [nro 558] cum sint latera proportionalia erit dc dC:: CA: ca. et dC = cb: CB. ergo etiam Ca: CA:: Cb: CB. adeoq etiam. [558] sunt similia triangula acb. ACB. et similiter polygona dcab. DCAB. sunt similia dc: dC :: ab: AB.




Resolutio altera. Eligantur duae stationes in C et D, et factis collineationibus investigetur quantitas angulorum y et x item z et u, quod summa dant angulos: ACD. BDC. Tum mensuretur distantia CD, et in chartam ope scalae transferatur, erit cd ipsi CD respondens super inventa recta cd, ope angulorum x et D construatur triangulum bcd, et ope angulorum z et C construatur alium triangulum acd tandem in scala Geomet. quaeratur distantia a et b punctorum, habebiturq quod quaerebatur, nam ab: cd:: AB: CD.

Coroll: Non ab simili methodo ex duabus stationibus inveniri potest distantia locorum plu

Scholion. In determinandis distantiis locorum praesertim in magna distantia sitorum cavendum est, ne nimis exiguae stationum distantiae eligantur, et ne mensula a situ horizontali et baculi à perpendiculari deflectat, utiq enim error praxim turbi

14. Metiri altitudinem accessam AB.

Resolutio. Sumatur baculus ED. eius longitudinis, ut fere perpendiculariter infixus altitudine oculi adaequet, tum humi prostratus baculi DE perpendiculariter the E ita infigi curam ut E et B. sint cum oculo in C, in eadem recta. Deniq metire distantiam CB. qua cognita habebis altitudinem AB. erit enim CB = AB.



Demonstrão: Ex constructione ED. ē ppendicularis. item AB utpote altitudo, [592] erunt igit ED et AB sibi parallelæ, et consequenter triangula CED. CAB. similia ob rectos ad B. et D. et communem ad C. Hinc [556] CD: DE :: CB: BA sed p hypothesin CD = DE. ergo CB = BA.

Resolutio alia ope duorū baculor. Defigat baculus DE perpendiculariter in D. et aliquo hinc intervallo alter baculus minor in C ita, ut p apices baculor FE. videas punctum A. Tum mensuret distantia baculorum FG. et distātia baculi minoris ab altitudine qta FH. item diffrā baculorum GE. His habitis quærat ad GF. GE. et FH quarta proportionalis AH [274] inventæ huic pportionali addit altitudo baculi minoris FC. v HB. Summa indicabit altitudinem qtam AB. Sit v.g. GF = 4. ulnis GE = 2. FH 16. Fiat juxta mūcitatū propōrō 4 : 2 :: 8 : x erit x = 8. Huic invento termino si addat altitudo minoris baculi FC = 1. ul. erit altitudo qta AB = 9 ulnis.

Demōstrão, Cū AF ipsi BC parallela supponat et p ōstructionem BA et DE ad BC ppendiculares, erant eædē ppendiculares ad AF [432] adeoq GE et HA int se parallelæ, consequent ob similitudinem Triangulor [509] GF: GE :: HF: HA. & FC = HB utpote inter easdē parallelas AH + FC = AH. + HB = AB.

Resolutio 3tia ope mensulæ. Figura 12ma.

Defigat statio v.g. in D. erigatq mensula verticaliter ita, ut latus eius FG paral lelū sit Horyzonti DB. Tum affixâ aciculâ in C ducat recta indefinita Ce lateri FG parallela, et fiat immotâ mensulâ collineatio versus apicem A ducat recta indefinita ab acicula C versus A. Demq mensuratā distanā CE, B transferat ope scalæ ex C in e, ac illic erigat ppendicularis ea. hæcad scalam applicata indicabit altitudinem qtam AE, cui si addat altitudo EB. v CD. habebit tota altitudo, nimirū AE + EB CB = AB ~~~.

Demonstrão: Triangula Cec, et CEA st similia ob aeq. duos rectos et ad C communem. Hin Ce: CE :: ea: EA. etc.

Probl. 15tum. Metiri altitudinem accessam ope umbræ. Fig. 9

Resolutio. Assumat baculus certæ altitudinis ba et defigat ppendiculariter in plano à sole v luna collustrato, tum mensuret baculi, et altitudinis qtæ eodē tempore, atq segnis instituat propōrō, ut umbra baculi; ad umbram altitudinis qtæ, ita altitudo baculi ad altitudinem qtam, seu potius cb: CB :: ab: AB. sit v.g. data altitudo baculi ulnæ 4. plus minus.

Demonstrão: Triangula cab et CAB st similia nā anguli cba et CBA. st recti ex naā altitudinis, et anguli acb. et ACB. st æqles eidem angulo elevatonis solis aut lunæ supra horizontem. cum eodem tempore umbræ cb. ac CB. mensurata ēē supponat. Hinc recte instituit proportio: cb : CB :: ab : AB.

Coroll. si eo momento cuspis umbræ C in plano horyzontali noti

istius

bitur, quo sol supra horizontem ad altitudinem 45 gr. sublatus fuerit tunc longitudo umbrae CB = altitudini qtae nā in rectangulo /490/ duo anguli acuti sunt alt. altrius complementū ad rectum, cum ergo ex hypothesi ad C angulus sit 45 gr. igitr ad A dt eē eam 45°, et consequenter umbra CB = altitudini AB.

Scholium /Fig. 10/ Ad indagandā solis altitudinē 45° et metiendas altitudines ex umbra pnt fieri aliquot circuli concentrici aeqlitr à se distantes, in quorum centro C erigendus ē stylus ea aeqlis diametro minimi circuli huius styli ppdicula nt centro infixi si umbra attigerit peripheriam primi circuli erit tunc sol 45 graduum supra horizontem elatus, ut eodem momento quevis umbrae suo corpori aeqlis si vero pvenerit umbra ad peripheriam 2di circuli tum altitudo solis supra horizontē erit $\frac{1}{2}$ minor qm 45 et umbra duplo maior suo corpore, et sic de caeteris.

Scholion 2dū In oībus istis resolutionibus, dum determinantr altitudines ope umbrae aut baculorum, supponitr planities pfecte eē horizontalis, nam si notabilis fuerit declivitas, facile à vero aberrabitur.

Probl. 26. Metiri altitudinem inaccessam. Fig. 11ma.

Resolutio. Electa statione xg in D collocetr mensula verticalitr, et penes aciculā O ducatr recta Or indefinita lati mensulae, et horizonti parallela, juxta cuius directionem fiat collineaō in aliquod qtae altitudinis punctum c? tum penes aciculum fiat alta collineaō versus A. apicem altitudinis, ducatrq recta indefinita, deniq mensuratā distaā staōnū DC transferatr ex scala in rectam — Or ac relicto in D baculo transferatr mensula ad altam staōnē C acicula in r infixa, et staōni C imminente, tum verticalitr, ut prius firmatā tabula p dioptram respiciatr ad baculū in D defixum, donec is occurrat oculo in eadē recta cum ro, et ex adverso punctum E similitr occurrat in eadē recta ro, tandem immotā mensula fiat penes acicula collineao versus A ducatrq recta indefinita, q occurret alti ex priore staone versus A ductae in puncto a, demissa perpendicularis ex a, ae, et ad scalam applicata indicabit ptem altitudinis AE, cui si addatr altitudo ro = EB. qd tum fit cum BCD sint in eadem recta obtinebitr tota altitudo AB.

Demonstraō. Sunt triangula similia rae. rAO. item raC. rAE. ob angulos rectos, et unum communem: Igitr or: Or /CD/ = ar; Ar, et ar: Ar = ae; AE. Jam loco ar. Ar. posito or: Or seu CD erit haec proporō or: CD:: ae: AE. ex qua proportione invenitr altitudo qta AE.

Coroll. si puncta BCD n sint in eadem recta, fiat penes aciculam in alta staone collineaō versus punctū B. Vide fig. 13. et ducatr recta indefinita, cui ppdicularis ae pducta occurrat in B indicabit.

ab. scalæ applicata totam altitudinem AB ob similitudinem Triang. AB. a Cb. Corollarium 2dum Nori ab simili methodo invenitur profunditas fossæ, vel cisternarum etc. si ducta recta recta indefinita parallela ad horizontem transferatur in eam latitudo fossæ etc. ex e in e et penes aciculam defixam in c fiat collineatio in fundum fossæ. et vg in B. ducaturque recta indefinita cb. quam secabit perpendicularis etc. demissa ex puncto e; hæcque scalæ applicata indicabit profunditatem quæsitam. Vide Fig. 13.

Coroll. 3tium. eodem ferè modo ex altitudine aliqua determinatur distantia alicuius termini vg ex altitudine propugnaculi distantia castrorum quæ ut obtineatur, debet primo mensurari altitudo ipsius propugnaculi ope chordæ vel perticæ, tum collocata tabula in superiore loco propugnaculi inventa mensura altitudinis transferatur in tabulam ex e in b. perpendicularis, tandem fiat collineatio circa aciculam in e defixam versus A, et ducatur recta indefinita atque ex b versus ducatur recta parallela plano horizontali, hæc applicata scalæ geom. indicabit distantiam castrorum, et recta ea dabit distantiam eA. Fig. 14.

Demonstratio. Triangula abe et ABe sunt similia ut consideranti patet, et consequenter latera sunt proportionalia. Scilicet eb: ba: eB: AB. = distantiæ castrorum à prop:

Probl. 17. Montium altitudines, et latitudines determinare.

Resolutio. Assumantur duæ perticæ in aliquot pedes, aut ulnas divisæ vg in 4. vel 5. aut 6. et incipiendo a vertice montis applicentur sibi perticæ ita ope duplicis libellæ, ut una pertica horizontalem, alia perpendicularem lineam repræsentet, Vide fig. 15. Annotatis partibus separatim perticæ tam particularis, quam horizontalis rursus instituatur applicatio, ut supra perticarum, et toties repetatur quoties necesse fuerit, donec descendatur ad radices montis, denique colligantur in unam summam partes annotatæ, summa partium perticæ perpendicularis dabit altitudinem montis, summa vero partium perticæ horizontalis, determinabit latitudinem eiusdem.

Scholion 1mum.

Hæc montium dimensio potissimum necessaria est ad delineationem Ichnographiæ fundi alicuius. tunc enim non superficies montis, quæ est gibbosa, sed ipsa latitudo seu linea horizontalis determinari debet. Item necessaria est ad determinandam declivitatem superficiei. Aquarum fluentium, vel aliò deducendarum etc.

Scholion 2dum. Hæc practica montium dimensio dicitur libellatio, seu libratio. Hinc instrumenta ad rite instituendam eiusmodi praxim libellandi, seu librandi appellantur: instrumenta libellationum, seu libellarum, quarum plura à viris celeberrimis Philippo de la Hire, Hugenio. Picardo etc. excogitata sunt, simplicissimum libellæ genus est, si reg. AB trium pedum dioptris instructa alteri CD 4 pedum ad ang. rectum iungatur perpendiculo ex ... pendulo. Fig. 16.

Hoc instrumentum ut adhiberi possit ad libellationem, necesse est prius certe duo

& 3 pertica, in quibus pro libitu attolli, deprimi, et ope cochleæ firmari possint tabulæ quadratæ nigro colore tinctæ, in medio tamen duabus albis lineis se decussantibus distinctæ, ad quarum intersectionis punctum collineatio fieri possit, cujus usus ut innotescat sit.

Probl. 18. Determinare declivitatem terræ a termino A ad terminum B. Fig. 17.

Resolutio. Collocetur libella dioptris instructa in a, pertica vero altera in A altera in b. fiat collineatio per dioptras libellæ in puncto tabellarum, in quo se lineis albis intersecant, tamdiu per solicos attollendo & deprimendo tabellas, donec puncta illa C et D fuerint in eadem cum radio visivo. His pactis notentur separatim in schoeda partes intervalli AC. et Db. ex. gr. partes intervalli AC sit ulnæ 3. et partes intervalli bD sit ulnæ 6. Tum relicta perticâ cum tabula quadrata in b. altera ex A transferatur in B. et libellâ collocatâ in c rursus similimodo, ut prius instituatur collineatio et sic deinceps, donec descendatur ad terminum B. In hac 2da statione pertica partes perticæ sinistræ esse ex. gr. ulnæ 2. et alterius ulnæ 7¼. Collectis itaque his partibus separatim summam partium sinistrarum subtrahe a summa partium dextrarum, differentia determinabit declivitatem terræ a termino A ad terminum B. quæ est æqualis 4 ulnis et ¼ in nostro casu. Nam in prima statione partes sinistræ intervalli AC in assumpto exemplo sint ulnæ 3. in 2da statione partes sinistræ intervalli bd ulnæ 2. Ergo summa harum partium est æqualis 5. ulnis. Jam vero partes dextræ in prima statione intervalli bD et 6. ul. in 2da statione partes dextræ intervalli fE. ul. 7¼ E. summa harum partium erit = 13¼ uln. et facta subtractione remanebunt ulnæ 4¼.

Coroll. Si declivitates partim ascendentes, partim descendentes fuerint, deberet primo colligi omnes partes ascendentes tum descendentes ac denique summa minor a maiore subtrahi, residuum erit differentia quæsita.

Scholion. Consultum est, ut libellatio ejusmodi bis instruatur, nempe a termino A ad terminum B. Deinde retro a termino B. ad terminum A, ut error si quis in prima operatione subrepserat, emendetur facile enim hac in re aberrari solet.

Problemata superius posita facilius resolvi possunt ope Astrolabij, semicirculi, aut quadrantis, de ejusmodi instrumentorum usu inferius, ubi de practica Trigonometria agemus.

## Sectio 2da.

### De superficiebus, seu Areis.

Quid sit superficies et quæ ejus mensura? Notum est ex Authore pag. 145. n. 583. 584. ut itaque habeatur mensura alicujus areæ, superficies debet mensurari in longum, et latum per lineas perpendiculares, quæ secum multiplicatæ indicant magnitudinem superficiei.

Mensuræ arearum, non eædem sunt ubivis gentium, in nostro enim regno aliæ sunt in Polonia, aliæ in Lithvania pro more utriusque Provinciæ

quæ

q. freqūtius in usu civili adhiberi solent, seqūtes tabulæ exhibebunt. Pri-
ri tō tabulæ mensuras linearum complecti libet

## Tabula prima mensuras linearum exhibens. 13

| Mensura linearum | Chorda Sznury | Ulnæ Lokcie | Digiti abocale | Pedes civiles | Pedes geom. | [illegible] | Passus geom. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ulna Vitr. Lokiec ma | —" | —" | 24. | | | | |
| Palmus. Palm. ma | —" | —" | 4. | | | | |
| Pes civilis Stopa ma | —" | —" | 12. | | | | |
| Pes Geom. idem ē cū civili ma | —" | —" | 10. | | | | |
| Orgia Sążen ma | —" | 3. | | | | | |
| Passus communis Krok ma | —" | —" | —" | 2½. | | | |
| Passus Geom. ma | —" | —" | —" | 5. | | | |
| Stadium Stacie ma | —" | —" | —" | —" | —" | —" | 125. |
| Milliare commune in Polonia ma | 184. | 4. | | | | | |
| Milliare commune in Lithv: ma. | | | | | | | |

## Tabula 2da Mensuræ arear. Poloniæ iuxta Regni Constitut:

| | Longū | Latū | Quadr. |
|---|---|---|---|
| Laneus (Łan) nobiliū habet ulnas Cracovienses — In | 3024. | 120. | 362880. |
| Laneus Kmetor. dictus Cmetonicus habet ulnas Crac. | 400 | 96. | 38400. |
| Laneus Culmensis in bonis Regijs ht ulnas Crac. | 6750. | 225. | 1518750. |
| Laneus Francomicus maior habet ulnas | 3915. | 217½ | 4.51512½ |
| Laneus Francomicus minor habet ulnas | 3915. | 174. | 681210 |
| Laneus Germanicus, seu Teutonicus habet ulnas | 4050. | 180. | 729000. |

Horum Laneorum p̄tes aliquotæ varias dn̄ationes sortiuntur. Laneus Nobilium componitur ex tribus campis, quor unus facit in longum ulnas Crac. 1008. in latum 120. Minores huius lanei p̄tes st stadia 36, quor unumqdq facit ulnas Crac. in longum 84. in latum 1008.

Laneus Kmetonicus complectitur stadia 4. in longum, in latum sulcos (Brozda) 24. In hoc laneo stadiū unum habet ulnas 9600.

Laneus Culmensis seu Regius in longum numerat chordas 90. seu perticas 900. In latū chordas 3. seu perticas 30. chorda vero [?] eiusmodi continet in se ulnas 75. et pertica ulnas 7½.

Laneus Francomicus maior componitur ex 18 in longum, et 1. str. [?] in latum

in latum, seu ex mensuris 270. in longum et 15 mensuris in latum. [illegible] Laneus Franconicus minor in longum habet mensuras etiam 270. in latum autem 12 tantum. Singulae autem ulnae faciunt ulnas Crac. 17. et digitos 12. Stadium unum in hoc laneo maiori Franc. facit Crac. ulnas 217½. Laneus Germanicus continet in longum chordas 90. seu perticas 270. in latum chordas 4. seu perticas 12. Hinc una chorda in hoc laneo componitur ex tribus perticis, seu virgis, quarum singulae faciunt ulnas 15.

Tabula [illegible] Mensura arearum [illegible]

| | In Longu | In Latu | Quadr |
|---|---|---|---|
| Morg ma w sobie sznurow 3. czyli tolici Litewskich | 225. | 75. | 16875. |
| Włoka ma morgow 30, abo sznurow - - - - - - | 30. | 3. | 90. |
| $\frac{1}{4}$ Wiorsti ma sznurow 22½. x 5 prętow $\frac{1}{5}$. 14°. $\frac{1}{6}$. 15°. | | | |
| [illegible] zaś Włoka ma - - - - - - - - | 225. | 225. | 50625 |

Praeter eiusmodi mensuras arearum reperiuntur aliae in quibusdam bonis dictae: Służba, Zerebia etc. de quibus ex iure Lithvaniae nihil certi haberi potest. Mensurae dictae służba habetur quidem mentio in iure Lithvanico ubi haec leguntur verba: Za każdą dwadzieścia kop groszy w służbę abo włókę ludzi osiadłych etc. Vide w Statucie W. X. Litt. w Roz. 4. art. 94. Ex his nil certi concludi potest, diversas enim mensuras, ut usus, et experientia docet pro diversitate enim locorum eiusmodi arearum quantitas complectitur, ut igitur dictae mensurae aliaeque similes determinentur, necesse est prius, antequam dimensio agrorum instituatur, ex ipsis Colonis, et arearum possessoribus expiscari, quot mansos, morgos etc. per more eius loci istae contineant dictae mensurae.

Circa mensuras arearum unum adhuc superest, de quo Geodasiae studiosum monitum volo, nimirum, non semper mansum aliasque partes mansi certam in longum, et latum habere mensuram. Communiter enim mansus (Włoka) habet in longum chordas 30. in latum 3., saepissime tamen in praxi contingit, minoris esse longitudinis mansum quam 30 chordarum. Notandum igitur bene tum debere augeri latitudinem mansi, cum imminuatur longitudo, et e contra cum paulo maior longitudo esset quam 30. chordarum latitudinis mensura minor tribus chordis esse debet. Idem intelligendum de aliis partibus mansi. Quomodo autem data longitudine mansi inveniri possit eius latitudo, et vicissim sequens problemma docebit.

Probl. unum. Invenire latitudinem mansi, cuius longitudo data sit 25 Chord. Resolutio. Mansus iuxta tabulam supra positam habet chord. quadratas 90 = 30 X 3, ut ergo habeatur latitudo divide 90 chord. per datam long. 25 chord. erit $\frac{90}{25} = 3\frac{1}{6}$ id est erit latitudo 3 chord. et 6. perticae, nam

multiplicato

multiplicato quotiente p divisorem restituitur dividendus scil. qu. Chordæ seu latus manens, unde patet veram esse resolutionem problemmatis.
At aliud exemplum hinc fractiones decimales, idem est servando divisione fractio:
Eodem modo invenitur longitudo sive cum fractionibus sive sine fractionibus
Coroll: Si planities cubiculi pedes 12 lata, longa vero 20. tegenda sit latericulis aut abaculis ligneis latis pedes 2. ut inveniatur hujusmodi abaculorum junctorum longitudo, ducatur prius latitudo planitiei in longitudinem scil. 12 X 20. habebitur area tota pedum quadr. = 240. Tum dividatur hæc area p abaculorum latitudinem 2. pedum obtinebitur longitudo qta = 120.
Probl. 2dum. Invenire aream quadrati. Fig. 18.
Resolutio. Quæratur longitudo lateris AC. hæc ducatur in se ipsam, v. in latus AB. habebitur area quadrati vg. sit latus AC = 3°. latus AB = 3° erit area totius quadrati 3X3 = 9. chor. Demonstratio hujus p se est clara.
Coroll. Quoniam mensuræ longitudinum singulæ in 10. ptes divisæ à Geometris assumuntur, quæ in se invicem ductæ quadrata producunt, centuplamque servant rationem, inde, si summa particular., ptícar., chordarumque quadratar. centenis maior proponatur facile hæc in suas species mensurarum, quas continet, distingui pt, si nimirum duæ notæ à dextris versus sinistram singulis speciebus assignentur vg. sint datæ ptículæ quadratæ 126872. facta separatione notar. erit 12, 68, 72". Hoc est erunt 12 chordæ 68 pticæ, 72 perticulæ. Unde eam facile colligitur vicissim nobis integrum numerum mensuræ, in suas species resolvi, nempe, si cuilibet speciei locum duo zeri tribu.
Coroll. 2. Quia longitudinem mensuræ in se invicem multiplicatæ quadrata produnt, vicissim si hæc p istas dividantur longitudinum mensuræ restituentur. Quamobrem quando decimales numeri multiplicari se debeant fiat 1mo. reductio ad species similes. 2do. more solito multiplicatio instituatur, 3tio factum in species distinguatur assignatis cuilibet speciei numeris seu notis binis à dextris versus sinistram, quoties autem areales numeri p longitudinem mensuras dividi debeant, similiter ut prius fiat reductio ad similes species, et quotus in suas classes à dextris versus sinistram distribuatur, singulis notis pro quavis specie assumptis vg. sit latus A. 2°, 4', 0". Multipl. 2° chor., et 4' pticar. multiplicandum p 3° chordas, B. 3°, 5', 6". multipl. 5' pticas, et 6" ptículas: multiplicentur 1mo numeri: C. 85440. 240 p 356 solito more fiet productum 85440. 8°, 54', 40". Productum demum a dextris versus sinistram separentur binæ et binæ notæ habebitur quotus numerus iuxta species duas 8°, 54', 40." nimirum: 8°. chordæ 54', pticæ, et 40" ptículæ.

Coroll.

Eodem modo divisio fractionum decimalium peragitur.
Probl. 3tium Invenire aream rectanguli. Fig. 19.
Resolutio e eadem ac superioris problematis nimirum multiplicet AB p AC. et factum erit area rectanguli, ut $3 \times 5 = 15$. v $3 \times 6 = 18$. Dem. n. 588.
Probl. 4tum. Invenire aream 3anguli. Fig. 20.
Resolutio: Triangulum ACD e $\frac{1}{2}$ parallelogrammi ABCD, quod area parallelogrammi e aequalis facto ex AB × AC. seu ex altitudine in basim. Ergo area trianguli erit $\frac{1}{2}$ facti ex AB in AC. /592/ Obtinebitur etiam area trianguli, si $\frac{1}{2}$ altitudinis ducatur in totam basim, vel vicissim.
Probl. 5tum Invenire aream Rhombi v Rhomboidis obliquanguli. Fig. 21.
Resolutio In latus CD pro basi assumptum demittatur perpendicularis AE, quae erit altitudo parallelogrammi, tum multiplicetur basis CD p Altitudinem AE factum erit area quaesita.
Demonstratio. Area parallelogrammi ABCD componitur ex duabus areis triangulorum ACD, et ABD habentium eandem altitudinem AE ob parallelas AB. CD. quod area utriusque 3anguli = facto ex alt: AE in $\frac{1}{2}$ baseos AB, et CD. Ergo area parallelogrammi erit factum ex alt. AE. in totam basim CD. v AB. nam $\frac{1}{2}$ CD + $\frac{1}{2}$ AB. = AB v CD.
Probl. 6tum Invenire aream cuiuscunque trapezij Fig 22.
Resolutio. Ducatur NP. diagonalis, ad hanc demittantur perpendicula ex M. et O. nimirum MS. et OR. Denique multiplica $\frac{1}{2}$ diagonalis NP. p utramque perpendicularem OR. et MS. et habebis aream trapezij.
Problema 7mum. Invenire aream cuiuscunque figurae irregularis Fig 23.
Resolutio intra aream mensurandam designetur linea quam potest longissima ut AB. Ad hanc ex omnibus angulis polygoni ducantur perpendiculares dividentes aream in figuras quadrilateras, et triangulares singularum areae mensuratae dabunt summam totius areae, Si facta divisione aliquae areae partes aliquae fuerint trapezij, horum areae inveniuntur ducendo basim in summam perpendicularium.
Coroll. Si areae alicuius partes aliquae fuerint curvilineae, haec area ita dividi debet in triangula, et quadrangula, donec residuum curvilineum aestimari non debeat.
Scholion. Camporum dimensio tum demum commodissime suscipitur postquam ex figurae imaginibus eiusmodi exhibitae sit, quibus tota facies areae dilucide ob oculos ponitur. Itaque de his rite efficiendis nunc dicendum est.
Probl. 8vum. Ichnographiam areae ubique permeabilis describere. Fig. 24.
Resolutio Collocetur mensula situ horizontali in angulo quopiam areae ut A, et vertices angulorum areae pertiis baculis perpendicularibus, e longinquo conspicuis determinentur tum factis penes aciculam angu-

lo et imminentem versus eosdem collineaõnibus ducant recta indefinita in quas è scala tranferant distantiæ AB. AC. AD. AE. AF. ope chordæ mensuratæ, atq puncta bcdef mensuris escala translatis determinata, seu connectant erit figura Abcdef. A similis areæ campestri ABCDEFA ob angulorum similitudinem.

Resolutio alta: Vertices angulorum areæ baculis (ut suprà dictum) determinent, in medio areæ collocet mensula factis per dioptras collineationibus ad angulos ... ducant in mensula lineæ indefinitæ. in quas mensuratæ longitudines AB. AC etc. transferant ope scalæ, demum extremæ linearum iungantur recta habebitur Ichnographia areæ. Demonstratio ex similitudine triangulorum Fig. 25.

Scholion ... area non sit nimis ampla, non ... tantum diagonales, et eam latera ope chordæ mensurari, et assumptis mensuris ex scala figura similis figuræ campestri in charta construi. Id ut fiat, non alia re opus est, quam ut unum triangulum super alio extruatur. Quomodo autem quodvis triangulum construendum sit, vide Problemmate 6to Sectione 1ma.

Problema ... mum Ichnographiam areæ non ubiq pervia cuius anguli videri possunt describere. Fig. 26.

Resolutio posita tabula v.g. in A collineatio fiat in singulos areæ angulos B. C. D. E. ducanturq recta indefinita ex puncto A versus angulorum vertices, tum mensurata distantia stationum AB. et ex scala transferatur in mensulam in Ab. mensula ex A transferatur in B. ita ut punctum b termino B respondeat, et per dioptras collineanti baculus in A defixus occurrat. Demum ex puncto b. 2dæ stationis in singulos rursus figuræ campestris angulos collineatio fiat, versusq eosdem angulos rectæ ducantur, quæ priores in etc intersecant, iunctis intersectionum punctis, habebitur Ichnographia areæ.

Demonstratio. In utraq statione A et B. per constructionem eadem linea ab et ba congruit eidem directioni anguliq EAD. DaC. CaB. primæ stationis, singuli singulis, adeoq lineæ ae. ad. ac sunt parallelæ aE. aD. aC. et consequenter triangula similia ut per se patet etc.

Probl. 10mum. Ichnographiam areæ non ubiq permeabilis describere, cuius omnes anguli ex duplici statione videri nequeunt. Fig. 27.

Resolutio. In angulo aliquo areæ v.g. A. adhibitis dioptris fiat collineatio versus proximos angulorum vertices, v.g. B. et E. Ducanturq lineæ indefinitæ, in quas longitudo AB. AE. ex scala transferatur. relicto baculo perpendiculari in A mensula transferatur in B. ita, ut punctum b. immineat ipsi B. et linea Ab. sit in eadem recta cum AB. tum facta collineatione versus C. ducatur in mensula recta bc. in eamq mensurata longitudo BC. ope scalæ transferatur. Similiter mensula ex B. transferatur in C. et ex C. in D. etc. donec ultima linea concurrat cum ea linea, quæ fuerat ducta in prima statione, nempe cum Ae.

Demonstratio: Congruit cum superioribus demonstrationibus, sunt enim duo polygona similia, adeoq latera sunt proportionalia.

Scholion

Scholion. Ad solvendū h. problemā solent Geodetæ uti pixide cum acu magnetica, q in circulo in 360 gr. diviso, et declinaōnes latū figuræ, et simul angulos a lateribus comprehensos ostendit, quorum ope similis figura pōt delineari in charta.
Problemma 11mum. Deteriminare, quot mensuras quadratas superficies lacuum stagnorumq in se contineant. Fig. 28va.
Resolutio. Circa lacum designentur linea recta ope baculorum eā lege, ut ejusmodi rectis formetur perimeter alicujus figuræ vg quadrilatæ v pentagonæ etc. tum erigatur mensula horizontaliter in aliquo puncto perimetri vg in A. et fiat collineaō in B. mensureturq distāa AB. atq ex scala transferatur in lineam mensulæ Ab. his factis transferatur mensula in punctum C. fiatq collineaō tam in punctum A. qm in baculum c. in angulo lacus erectum (in omnibus anfractibus, et angulis lacus erigendi sunt baculi) mensurateq distāa CA et Cc, transferantur in tabulam. Ex termino C progrediatur cum tabula in D fiatq iterū collineaō tam in terminū C. qm in baculū d. in angulo lacus erectum ac determinato mensura ope chordæ transferatur in tabulam solito more. Demq ex termino D. procedatur cum tabula in terminos E.B.F.G. in singulis stationibus solitam dimensionem instituendo, donec redeatur ad punctū A. totusq ambitus mensuretur. His factis calculus instituitur hoc modo. 1mo: Quæratur area totius rectanguli, AB. 2do. In unam colligantur sumā areolæ ōum triangulorum trapesiorum etc. lacui adjacentium 3tio. Sumā areolarum subtrahatur ê sumā areæ totius rectanguli residuum dabit aream totius lacus.
Coroll. ex hac resolutione problematis facile colligitur, quomodo determinare debeant areæ lacubus stagnis, fluminibus etc. adiacentes. Item quaraōne Ichnographia fluminum describi debeat.
Probl. 12mum. Reducere ad calculum Ichnographiam areæ. Fig. 29.
Resolutio Delineata juxta supius dicta area dividatur in aliquot figuras regulares lineis occultis, tum latera ignota quadratorum, rectangulorum, bases, et ppendicula triangulorum etc. quærantur ex scala Ichnographiæ annexa habita raōne eārum fractionū, parvæ ergō fractiones negligi pnt, demq singulæ figuræ, et mensuræ latū notentur in charta, atq in unam summam mensuræ colligantur sit vg. area A.B.C.D.E. ad calculum reducenda.
Coroll. Ut calculus areæ recte instituatur multiplicantur latera et fractiones eorundem instar nrorum integrorum, assumptis ijsdem fractionibus in utroq factore, in producto binæ, et binæ notæ à dextris versus sinistram reseantur et eodem ordine singula binaria notantur ijsdem [illegible], quibus fractiones maioris factoris notabantur, sit pro exemplo calculus primæ figuræ, cujus basis = 3. chor et perpendicularis = 2, 1. habebitur primus factor 3 0.
Est area primæ figuræ in nris quadratis idē 3. chordæ, | alt fa: 2. 1.
et 15. perticæ quadratæ. | Prod. 6, 30.
Coroll. 2. ut nri quadrati in datis speciebus in ultimam spe- | cujus ½ = 3, 15.

ciem

ciem quadratorum commutentur, omissis aliis signis denotantibus diversas species mensurarum, et ultimo speciei signo numeri secum coniungantur. Vic 3.15 / 3 chordae et 15 perticae commutentur in solas perticas uniunctim notae numerice ponuntur, et ultimo speciei signo notantur, nempe 315. et numerus sic exprimitur trecentae quindecim perticae q.
Probl. 13tium. Ex Ichnographia minori conficere maiorem Ichnographiam inrolato calculo, et computu mensurarum. Fig. 30.
Resolutio. Sumatur circino distantia unius decadis in scala minori Ichnographiae annexa v.g. ab A usque ad B. tum sic diducto circino, quaeratur quot passus circini in se contineat longitudo areae, in minori figura descriptae. Demum sumatur aliquod folium, in quo delineanda est Ichnographia in maiori figura, et diducto ita circino, ut tot passus circini fiant in assumpto folio, quot sunt in area in minori figura delineata, designetur sic aperto circino in linea recta ad latus folii assumpti unus passus pro describenda scala, ius una decas aliquando passum dictum debet. Describatur itaque scala geometrica (iuxta dicta superius) atque ex hac scala sumantur tot numero mensurae laterum, quot sunt in minori figura, et ope semicirculi, seu transportatoris inventis angulis sub iisdem angulis describantur latera in folio assumpto, habebitur in maiori figura delineata ichnographia.
Scholion. Ex his, quae hactenus sunt dicta quid sit delineatio mappae, et qua ratione fieri debeat facile intelligitur. Praeterea circa delineationem mappae haec sunt notanda. 1mo. Facta simplici delineatione mappae loca prae ceteris notatu digna signis aptis sunt distinguenda, cum in finem domus, villae molendina etc. delineantur in mappis.
2do. Situs plagarum mundi ope acus magneticae indicari debet eo modo, ut solet fieri in mappis generalibus geographicis.
3tio. In loco vacuo ad latus aliquod mappae describatur titulus, seu dominatio fundi, quem repraesentat mappa, addito anno, mense, et die, quo delineatus fuerat.
4to. Clavis mappae, seu index rerum in mappa delineatarum cum certis signis, seu literis alphabeticis apponatur.
5to. Scalae Geometricae subiiciatur linea recta, in qua designetur $\frac{1}{2}$ aut $\frac{1}{4}$ illius lineae, quae constituit mensuras geometricas etc.
Iisdem fere legibus continetur delineatio geographica Regnorum provinciarum etc. huius delineationis ut aliqua notitia habeatur, subiicio problemma sequens de mappis geographicis praesertim particularibus, prius tamen supponenda sunt aliqua scitu necessaria ex aliis Matheseos partibus. Itaque sciendum.
1mo. Quid sit Latitudo, et longitudo loci, quid Meridianus etc.
Latitudo est distantia loci ab aequatore, seu arcus meridiani inter locum datum et aequatorem interceptus.
Longitudo loci est arcus aequatoris inter meridianum loci dati, et meridianum interceptus.
Meridianus est circulus per polos telluris, et locum quem libet datum transiens, totque sunt meridiani quot diversa puncta in aequatore concipi possunt.

Primus Meridianus dicitur ille, à quo reliqui omnes meridiani numerantur ab occasu versus ortum, et quamvis libera sit geographis electio primi meridiani, communiter tamen ille assumitur, qui per insulam Ferri transit, quae una est Canariarum. 2do Quod omnes paralleli, qui in mundo ab æquatore versus utrumque polum concipi possunt, dividantur in 360 gradus, non secus ac ipse æquator; tamen gradus eorum minores sunt, quam æquatoris, ac proinde tanto pauciora milliaria competunt uni gradui, quanto minor est parallelus, seu quanto magis ab æquatore distat versus alterutrum polum, quia non est circulus maximus, qui [illegible] est æquator. Ut igitur inveniatur proportio graduum parallelorum ad gradus æquatoris milliaribus definita sequens analogia institui debet. Ut sinus totus ad cosinum distantiæ ab æquatore ita quantitas gradus unius in æquatore ad quantitatem gradus unius in parallelo. v.g. data distantia 52. paralleli P.P. ab æquatore [illegible] = 51° Unus gradus æquatoris = 15. mill: substitutis Logarithmis erit hæc proportio: 10.0000000: 9,7948718:: 1760013: x, et adhibita operatione ut solet, [illegible] dum numerus Logarithmi invenietur quartus terminus = 0,9740631. cui in tabulis respondent 944 seu $9\frac{44}{100}$ et reducendo decimales partes ad sexagesimales habebuntur 9 mill: et $\frac{26}{60}$. Vide fig. 31.

Hac ratione constructa est tabula sequens, in qua distantias singulorum graduum in milliaribus, et eorum scrupulis sexagesimalibus quantitas uniuscuiusque gradui respondens in parallelis exhibetur.

Tabula exhibens in mill: determinatam uniuscuiusque gradui parallelorum respondentem [illegible]

| Grad. | Milli. | Scrup. | Grad. | Milli. | Scrup. | Grad. | Milli. | Scrup. | Grad. | Milli. | Scrup. | Grad. | Milli. | Scrup. | Grad. | Milli. | Scrup. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0. | 15. | 0. | 16. | 14. | 25. | 32. | 12. | 43. | 48. | 10. | 2. | 64. | 6. | 34. | 80. | 2. | 36. |
| 1. | 14. | 59. | 17. | 14. | 21. | 33. | 12. | 35. | 49. | 9. | 50. | 65. | 6. | 20. | 81. | 2. | 26. |
| 2. | 14. | 59. | 18. | 14. | 16. | 34. | 12. | 26. | 50. | 9. | 38. | 66. | 6. | 6. | 82. | 2. | 5. |
| 3. | 14. | 58. | 19. | 14. | 11. | 35. | 12. | 17. | 51. | 9. | 26. | 67. | 5. | 52. | 83. | 1. | 50. |
| 4. | 14. | 57. | 20. | 14. | 6. | 36. | 12. | 8. | 52. | 9. | 14. | 68. | 5. | 38. | 84. | 1. | 34. |
| 5. | 14. | 56. | 21. | 14. | 0. | 37. | 11. | 59. | 53. | 9. | 2. | 69. | 5. | 23. | 85. | 1. | 18. |
| 6. | 14. | 55. | 22. | 13. | 54. | 38. | 11. | 49. | 54. | 8. | 49. | 70. | 5. | 8. | 86. | 1. | 3. |
| 7. | 14. | 53. | 23. | 13. | 48. | 39. | 11. | 39. | 55. | 8. | 36. | 71. | 4. | 53. | 87. | 0. | 47. |
| 8. | 14. | 51. | 24. | 13. | 42. | 40. | 11. | 29. | 56. | 8. | 23. | 72. | 4. | 38. | 88. | 0. | 31. |
| 9. | 14. | 48. | 25. | 13. | 30. | 41. | 11. | 19. | 57. | 8. | 10. | 73. | 4. | 23. | 89. | 0. | 16. |
| 10. | 14. | 46. | 26. | 13. | 29. | 42. | 11. | 9. | 58. | 7. | 57. | 74. | 4. | 8. | 90. | 0. | 0. |
| 11. | 14. | 43. | 27. | 13. | 22. | 43. | 11. | 58. | 59. | 7. | 44. | 75. | 3. | 53. | | | |
| 12. | 14. | 40. | 28. | 13. | 15. | 44. | 10. | 47. | 60. | 7. | 30. | 76. | 3. | 38. | | | |
| 13. | 14. | 37. | 29. | 13. | 7. | 45. | 10. | 36. | 61. | 7. | 16. | 77. | 3. | 23. | | | |
| 14. | 14. | 30. | 30. | 12. | 59. | 46. | 10. | 25. | 62. | 7. | 2. | 78. | 3. | 8. | | | |
| 15. | 14. | 29. | 31. | 12. | 51. | 47. | 10. | 14. | 63. | 6 | 48. | 79. | 2. | 52. | | | |

Sciendum 3tio. Cum gradus latitudinis sint gradus meridiani, seu circuli maximi telluris, qui sunt inter se æquales sunt, et quoniam ex perspectivæ legibus mappæ describi debeant lineis partim rectis, partim curvis, possunt tamen circuli cuiuslibet paralleli lineis rectis definiri, quemadmodum etiam ipsi meridiani pro linea recta assumuntur, præsertim cum aliqua particularis mappa delineanda sit, tum etiam divisio meridianorum, et parallelorum in partes æquales fieri potest. His notatis sit.

Probl. 11.

Probl. 14tum Tabulam geographicam construere, q. aliqm Provinciam, aut Regnum, v.g. Regnum Poloniae exhibeat. Fig. 32.

Resolutio. 1mo. Inquiratur q. sit longitudo et latitudo Poloniae, ut illius confinia possint exhiberi, unus alterve gradus longitudinis, et latitudinis utrinq. e addendus, sic pro delineanda Polonia longitudo assumitur 30°. et 52°. gr. latitudo vero 49½°. et 57. gr.

2do. ducta recta EF per medium mappae futurae, q. repraesentet meridianum medium inter duos extremos dividatur in tot partes aequales, quot graduum latitudo Poloniae, ipsi hi gradus in singula dena, quindena etc. scrupula dispescantur.

3tio. Per extrema puncta E. et F. ducantur duae perpendiculares AB. CD. quarum prima borealem, altera australem parallelum repraesentet.

4to. Parallelus CD. dividatur in tot partes, quot gradus longitudinis assumpti sunt v.g. in nostro casu in 22. alter parallelus AB. in totidem dividatur partes sed minores servata proportione, qua sunt unus parallelus ad alterum, quod ope tabulae superius ... definiri potest. Vide scholium 2do.

5to. Parallelorum AB. CD. puncta divisionum correspondentia connectantur inter se rectis, et puncto 40 meridiani EF aequentur recta priores intersecantes, habebitur parallelogrammum rectangulum AB CD. pro magnitudine mappae. Circa gradibus longitudinis et latitudinis numeri apponantur, et tituli plagarum cardinalium adscribantur.

7mo. Loca, quorum latitudo, et longitudo data in intersectionibus meridianorum, et parallelorum determinentur, caetera autem, quorum distantia ab inserendis et situs respectu plagarum mundi cognitus est illis addantur.

8vo. In fine adiiciatur scala milliarium intervallo unius gradus latitudinis in partes 15 aequales divisa, quae singulae si in 60 scrupula divisae contineant, eadem scala valebit pro determinanda quantitate graduum parallelorum iuxta tab.:

Corollarium Ex dictis patet quomodo ex una mappa iam delineata possit fieri alia cum aequalis, aut maior, minorve in quacunque proportione; nullo enim opus est, ut Meridiani et paralleli extremi mappae dividantur in tot partes, in quot meridiani et paralleli extremi mappae antiquae divisi sunt, atq. puncta divisionis correspondentia lineis rectis iungantur, tam in mappa nova, quam in mappa antiqua: puncta intersectionum dabunt loca delineata in una delineanda in altera.

Difficilius est locorum latitudines, multo magis longitudines determinare, quare mirum videri non debet, quod mappae geographicae, q. hactenus sunt delineatae plurimis erroribus laborent, nec aliter emendari possunt, nisi Astronomicis observationibus longitudine locorum magis determinentur, tabulae longitudinum et latitudinum satis multas exhibent geographi

quaere

qualem videre licet apud Riccio[li]um in Geogr. reform. l. 9. c. 4. fol. 3[..]. ex sequenti erit Ad delineandas mappas locor[um] longitudines, et latitudines [...] ex mappis recentius delineatis inveniuntur autem [...] in [...] longitudo et regula ad eum applicata [...] [...] in lateribus AB. CD. eundem gradum abscindat [...] [...] inveniuntur latitudo in lateribus [...] BD. [...] suffciat.
D[...] [...]um reductione Additione, Subtractione, Multiplicatione et Divisi[one]
Probl. 15tum Triangulum in aliud æqle transformare.
[...] seu transformatio arearum. Fig. 33.
[...] Resolutio: Per verticem B. dati trianguli ABC. du[catur] [...] indefinita BD basi AC parallela, et ex quovis puncto recta BL vg. E. ducantur rectæ ad A et C. erit triangulum AEC = ABC. Et enim sunt æqualibus basibus, et inter easdem parallelas constructa. Vide in Auth. pag. 147. n[r]o 593.
Si triangulum transmutandum in aliud (Fig. 34) fuerit æquilaterum potent. hac ratione transformari: nempe: Demittatur ex vertice triang. dati perpendicularis AD, et fiat DE = BC. erit triang. rectan. AED = ABC. Nam utriusque trianguli altitudo et basis sunt æquales.
Probl. 16tum Datum triang. transformare in Parallelogrammum rectangulum, vel non rectangulum. Fig. 35.
Resolutio Fiat parallelogrammum BEDC. ita ut latus DC. vel BE sit = $\frac{1}{2}$ baseos trianguli dati, et altitudo sit eadem, quod si trianguli erit parallelogrammum rect: si recta BD bifariam secans basim fuerit perpendicularis ad basim.
Probl. 17. Dato triangulo æqle quadratum construere.
Resolutio inter altitudinem et $\frac{1}{2}$ baseos dati triang. quæratur media proportionalis, super inventa construatur quadratum erit hoc = triang. invenitur autem media proportionalis vel in lineis per probl. 2. pag.
vel in n[ume]ris multiplicando nempe unum n[umer]um per alterum latorum duorum laterum, et ex facto extrahendo radicem quadratam, hæc erit n[umer]us q[uæsi]tus lateris quadr.
Coroll. Simili operandum cum ex Parallelogrammo formatur quadratum ipsi parallelogrammo æqle, [...] quod [...] inter $\frac{1}{2}$ et altitudinem, [...] inter totam basim, et altitudinem quæritur media proportionalis.
Probl. 18vum. Datis Quadrato, Parallelogrammo, Rhombo æquale triangulum construere Fig. 36. 37. 38.
Resolutio Producatur basis CB. et fiat BE = CB ducantur rectæ ex A ad C, et E. et satisfiet problemmati ut patet ex figuris.
Polygonum quodvis quomodo reduci debeat ad triang. Vide in Auth. pag 149. n° 605.
Probl. 19num: Polygonum quodvis reducere ad quadratum vel Parallelogrammum æqle polygono dato
Resolutio. Reducatur ad triang. ut nunc legisti, triangulum vero per probl. 17. transformetur in quadratum vel Parallelogrammum.
Probl. 20. Data triangula simul addere, ut suma sit triang. dato æqle Fig. 39.

Resolutio

Resolutio. Si triangula addenda sint eiusdem altitudinis ut. AMB. BKC. COD. DPE. sumantur bases omnium 3ang. AB. BC. CD. DE. et componantur in unam lineam rectam AE. sup basi AE. ad eandem altitudinem construatur 3angulum ANE. et erit hoc aequale omnibus datis. Fig. 39.

Si 3ang. data fuerint diversae altitudinis prius transformari debent in triangula eiusdem altitudinis, demumque in unum addi. Vide sch. probl. 24ti.

Probl. 21mum. Data quaecunque polygona simul addere, ut summa sit triangulum datis polygonis aequale.

Resolutio. Reducantur polygona ad totidem triangula aequalis altitudinis, et ex his fiat unum triangulum per probl. 20.

Coroll. Quoniam omnes figurae rectilineae reduci possunt ad 3ang. illis aequale, et 3angulum transformari in quadratum, parallelogramm. per se patet quomodo figurae rectilineae quaecunque addi sibi debeant, ut summa earundem sit quadratum vel Parallelogrammum.

Probl. 22. Datis quotcunque figuris similibus, invenire unam aequalem omnium summae, et ipsis similem. Fig. 40.

Resolutio. sint vg. duo quadrata ABDE. ACLF. quibus 3tium aequale construi debeat. Sumantur ex datis quadratis duo latera AB. et AC. et constituantur sub angulum rectum BAC, ducatur hypotenusa CB. erit recta CB latus quaesiti tertii quadrati CBHE. aequalis duobus datis quadratis.

Si 3tium quadratum addi opporteat, ab extremitate hypothenusae B. erigatur perpendicularis BD = lateri 3tii quadrati ducaturque hypothenusa DC. haec erit latus quadrati aequalis tribus datis quadratis, et sic deinceps, si alia quadrata essent.

Coroll. quod dictum est de quadratis, idem intelligi debet de omnium fig. additione, sic vg. si circulus quaereretur aequalis cunctis circulis, assumuntur radii eorum vel Diam.

Probl. 23. Parallelogrammum et quadratum sibi addere. Fig. 41.

Resolutio: Sint vg. addenda sibi rectangula ABCD et EFGD. iungatur altitudo altitudini in ED, et basis basi in DG. producatur GF. in f. donec fG fiat aequalis DB. altitudini nempe alterius rectanguli ABCD. ducatur diagonalis fD. et per punctum intersectionis K ducatur LM. parallela BD. habebitur ALM = ABCD + EFDG.

Probl. 24. Subtractio arearum. Datum 3ang. abd subtrahere a 3ang. ABC. Fig. 42.

Resolutio. Si data 3angula sint eiusdem altitudinis transferatur basis bd in BC. et punctum ducatur recta AD erit residuum ABD. si non eiusdem, reducantur ad eandem.

Scholium. Ut fiat reductio 3anguli ad datam altitudinem dimo. sumatur punctum in latere 3anguli etiam producto, si opus fuerit ex quo demissa perpendicularis ad basim possit esse = altitudini ad quam reducitur 3angulum, sic vg. ut reducatur 3angulum ABC. ad altitudinem minorem, quae sit altitudo dati 3anguli BAC. in latere 3anguli BA. assumitur punctum D. Fig. 43.

Si vero sit ad maiorem altitudinem sumitur punctum D in latere BA. producto. Vide Fig. 44.

Delos

2do. à Puncto D. ad angulum appti C. ducatur recta DC. et à vertice A ducatur parallela AE. quae basi BC. ductae, si fuerit necesse occurrat in E ut in fig. 43.

3tio Ducatur recta DE. erit 3angulum BAC = 3angulo BDE. ad datam altitudinem constructo, nam duo 3angula DAC. DEC. utpote sup eadem basi DC. et inter parallelas AE et BC. sunt aequalia, quae si addantur pet in fig 43, subtrahantur à 3angulo BDC. ut in fig. 44. Duo 3angula BAC. BDE quae inde oriuntur, erunt aequalia.

Prob. 25tum. Subtrahere quadratum abcd ex rectangulo ABCD Fig. 45.

Resolutio Ponatur quadratum abcd intra rectangulum ABCD, ita ut altitudo altitudini et basis basi conjungatur, producatur ab in e donec basi CD sit aequale, Ducatur diagonalis eC. et per punctum intersectionis s agatur bd parallela ad BD. erit ABCD − abcd = ABFG.

Coroll. Cum 3angula, et quaevis polygona possint reduci ad quadrata et parallelogramma inter quasvis figuras, inter quasvis figuras subtractio institui potest dummodo prius reducantur ad quadrata et parallelograma per supius dicta.

Probl. 26. Figuram similem ab altera simili subtrahere ita, ut residuum sit figura similis duabus primis. Fig. 46.

Resolutio. Quoniam F = D + E ut constat ex Geom. Theorica, erit tam F − E = D et F − D = E. itaque duarum figurarum, quarum minor à maiore subtrahenda est determinentur latera homologa, fiatque 3angulum rectangulum abc, cuius hypotenusa AC sit latus figurae maioris et alterutrum ex duobus lateribus anguli recti, puta AB. sit homologum latus minoris figurae subtrahendae. tum latus BC. 3anguli rectanguli erit homologum latus figurae similis, quae duarum datarum sit differentia.

Coroll. Si circuli essent invicem subtrahendi assumantur eorum radij, vel diametri pro lineis homologis.

Probl. 27. Datum 3angulum, per quamlibet numerum multiplicare, hoc est invenire 3ang. v.g. duplum, triplum etc., dati 3ang. AFB. Fig. 47.

Resolutio. Producatur AB. in D, ducaturque recta ex F ad D erit 3angulum AFD triplum dati 3anguli AFB. ob aequales bases ad eandem altitudinem

Aliter. Quaeratur inter dati 3anguli basim AB. et eius triplum BD. media proportionalis, et sup inventa construatur 3angulum b. aequalibus BEC. erit hoc triplum 3anguli AFB. et simile ipsi.

Haec Methodus est universalior et priori praefertur, quia hac non modo construuntur 3angula multipla, aliorum in quacunque data ratione, verum eam similia fiunt datis.

Coroll. Quod dictum est de 3angulis, idem intelligi debet de quibusaunque figuris in data ratione augendis. omnes enim figurae reduci possunt ad 3angulum, et è contra. Fig. 48.

Pro Polygonis tamen irregularibus potius sup media proportionali inter

latera

latera duo homologa. aut intr scalæ inventa, scala construatur, et iuxta data v assumpta prioris scalæ latera figura describatur. sic vg si intr AB. latus scalæ et eius duplum BC. inveniatur ÷ sup qua constituatur scala polygonum ex hac scala constructum. iuxta data v assumpta prioris scalæ AB. lata, habebitur polygonum duplum prioris etc. Fig. 55.

Probl. 28. Triangulum ABC. in quotlibet ptes vg 3. dividere p lineas rectas à dato angulo C. ductas Fig. 49.

Resolutio: Latus oppositum angulo C. dividatur in 3. ptes æquales. et ab angulo dato C. ad singula divisionum puncta ducantur rectæ CD. CE. hæ divident triangulum ACB. in tres ptes æquales.

Aliter. Quoniam cum omnes lineæ ab eodem ducantur angulo segmenta fiunt aliqndo nimis arcta, qd incommodu e agrorum in dimensione, ideo divisio commodius institui pt hoc modo: Sit vg Triangulum ABC. dividendum in 5. ptes. 1mo. Sumatur ex utrolibet maiorum laterum, nempe ex latere BC. pars quinta BD, et ducatur recta AD. habebitur pars $\frac{1}{5}$. 2do. Ex latere AC. incipiatur pars quarta AG. et ducta DG. determinabit alteram ptem 5tam. 3tio. Ex latere DC. sumatur pars 3tia DF. et ducatur recta FG. habebitur tertia quinta pars. Eodem modo reliquæ partes determinantur. Fig. 50.

Probl. 29. Triangulum ABC. in quotlibet ptes æqles dividere vg 3. p lineas à puncto dato sup uno latere. Fig. 51.

Resolutio. Dividatur latus AB. in 3. ptes æqles in punctis E. et F. iungaturq punctum datum D. cum vertice C. recta CD. ducantur parallelæ p divisionum puncta E. et F. nempe EG. et FG. rectæ GD. HD. datum triangulum trifariam divident.

Demonstratio. Duo triangula GEC. GED. et æqualia, utpote sup æqli basi GE. et intra parallelas GE. CD constructi. ergo addendo utriq GAE. erit $ACE = AGD$. d $ACE = \frac{1}{3} ABC$. p probl. 28. Ergo ea $AGD = \frac{1}{3} ACB$, sic ultra.

Probl. 30. Dividere Triangulu ABC. in ptes qtcunq æqles p parallelas. Fig. 52.

Resolutio: Dividatur latus aliqd 3anguli vg AB. in ptes petitas, puta 4. in punctis def, tum intr Ad, et AB. atq intr Af. et AB qrantur ÷ ÷, et inventæ applicentur basi parallelé in DE: FG. HI. erit 3angulum $ADE = DEFG = FGHI = AICB = \frac{1}{4} CAB$.

Coroll. Si in 3ang. CAB. ponatur radius circuli AB. p altitudine, et peripheria pro basi CB. erit 3angulum CAB = circulo, cuius radius e AB. et periphia CB.

Probl. 31. In area 3anguli ABC. invenire punctum H ex quo dividi possit in quotcunq ptes æqles vg 4.. Fig. 53.

Resolutio: Lateris AC. sumatur pars quarta AD. et similitr lateris AB incipiatur pars quarta AE. tum à puncto D. et E ducantur parallelæ DF. EG. ad latera AB. AC. punctum communis intersectionis erit H. ad hoc enim ductis rectis AH. CH. BH. erit 3angulu $AHC = \frac{1}{4} ACB$. et $AHB = \frac{1}{4} ACB$.

$\frac{1}{4}$ ACB. iam vero CAEB e $\frac{1}{2}$ ACB. si itaq. p rectam AI. dividatur bifariam habebitur quod quaerebatur.

Probl. 32. Dividere 3angulũ in ptes inaequales secundum quamcunq. datam proporõnem p lineas ab uno eodemq. angulo ductas. Fig. 54.

Resolutio. Sit campus Triangularis ABC. 600. perticas quadratas continens dividendus int. 4. ita vg ut 1mus habeat pticas quadratas 200. 2dus 150. 3tius 130. quartus 120. et omnes lineae divisionum debent egredi ab angulo oppto ~~angulo~~ lateri BC. Itaq. mensuret. latus BC. et inveniatur vg eẽ 50. pticar simplicium, inventus n̄rus 50: dividat. secundum proportionem datam in 4. ptes, qd fit p reg. trium quater, aut saltem ter repetitam, nempe: ptica quadratae 600. dant in latere BC. pticas simplices 50. qd dant 200? qd 150? quid 130? quid 120? invenient. pro prima pte in dicto late BC. ptica simplices $16\frac{2}{3}$ pro 2da pte $12\frac{1}{2}$ pro 3tia $10\frac{5}{6}$ pro quarta 10. ptes inventae abscindant. in BC. in punctis FED. et ex ang. oppto ducant. recta ad puncta inventa, erit area 3anguli divisa, ut petebatur. Nam cum oã 3angula sint eiusdem altitudinis st in eadem raone, in qua st bases eorundem, ? bases BD. DE. EF. FC. st in data proportione, ergo etc.

Probl. 33. Dividere aream 3anguli in ptes inaeqles p lineas ex diversis punctis ductas. Fig. 56.

Resolutio. Sit area 3anguli ABC. in ea raone dividenda, ut in probl. pcedente. 1mo. In late BC. resecat. ptica $16\frac{2}{3}$. usq. ad D. ductaq. recta AD. erit area 3anguli BAD = 200. pticis quadr. 2do. mensuretur latus AC. sitq. vg. 40. pticar sitq. residuũ 400. pticis quadr. 3anguli ADC respondent in late AC. 40. pticae 150. pticis quadr. quot perticae simp. respondent in eodem AC. et facta opaõne invenient. 15. resecant. ergo 15. ptica ab A. usq. ad E. et ducta DE. determinabit 3angulum ADE 150 pticar quadr. eritq. residuũ DEC = 250. pticis quadr. Quia vero ex BC. 50. abscidisti $16\frac{2}{3}$ erit residuum DC = $33\frac{1}{3}$. 130 ptis. quadr. qt habebit in eodem latere DC. invenies $17\frac{2}{3}$. quas si abscindas in F erit area 3anguli DEF = 130. pert. quadr. residuum vero FEC = 120.

Probl. 34. Parallelogrammum ABCD in qtlibet ptes aeqles dividere p lineas uni lati parallelas. Fig. 57.

Resolutio. Dividat. latus AB. in quotlibet ptes aeqles et a punctis divisionu excitent. parallelae lati AD. Per diagonales ex quovis angulo ductas pt divid. parallelogrammum in 4. 3angula prosceliã, q. in plures alias ? dividi pnt.

Probl. 35. Dividere parallelogrammum ABCD in quotlibet ptes aeqles p lineas ab angulo C. ductas. Fig. 58.

Resolutio. Ducat. diagonalis CA. q. parallelogrammum in duo 3angula aequalia ACD. ACB. dividet. Haec dividant. in qt libuerit ptes vg 3. p probl. 28. habebit. parallelogrammũ divisũ in ptes 6. aeqles.

Coroll.

Coroll. Si demantur et diag. AC. et ducte rectæ CF. CH perspicuum ē divisum in parallelogram̄ in 3. ptes æqles. nempe in HCD. CG. GCE. ECB.

Probl. 36. Ex dato sup uno late puncto E. dividere parallelogrammum in 3. ptes æquales. Fig. 59.

Resolutio. Latus AB. trifariam dividatur in punctis F. et G. p puncta F et G. ductas parallelas FH. GI. divide bifariam in punctis K. et L. tum ex dato pū̄cto E. ducantur recte EM. EN. habebuntur parallelogrammi 3 ptes æquales: AD. MC. MEN. NCEB.

Demonstratio. Triangula EFK. MHK. sunt æqlia ut patet, q si si separatim addantur eidem pentagono AFKMD. Fiet trapezoides AEMD = parallelogrammo. AFHD. hoc ē 3tiæ pti eiusdem parallelogrammi ABCD. eodē modo ultra.

Coroll. Si recta CB. (Fig. 60) est ⅓. latis AB. ducatur CF parallela lateri AD. et diag. CD. erit parallelogrammū ABCD. divisū in 3 ptes æqles. nempe in ADC. DCF. et FCB.

Probl. 37. Dividere trapezium parallelarum basiū in qtaīq ptes æqles vg 3. Fig. 61.

Resolutio: Dividantur duo latera parallela AB. et CD singula in 3. æqles partes, in punctis EF. GH. et puncta divisionum iungantur lineis EG. FH. erunt 3. ptes æqles AEGD. EFHG. FBCH. Nam ductis diagonalibus AG. EH. FC. manifestum ē 3angula ex quibus trapezium componitur ēē æqlia, utpote int eadem parallelas, et sup æqlibus basibus constructa.

Probl. 38. Dividere trapezium ABCD. bifariā p rectā ab ang. D ductā. Fig. 62.

Resoluō: Latus AB. angulo dato adiacens parallelum lateri opposito CD. iungatur CD. quæ producta occurrat in F. Alteri lat. BC. parit producto. Dein recta BF. secetur bifariā in G. ducatq AG. hæc bifariā dividet datū Trapezium.

Demonstraō: Triangula AFC. ABC. st æqlia ut pote intra duas parallelas CF. et AC. et sup eadē basi AC. constructa. Hinc ablato communi 3angulo AFC. erit 3ang AFD = FHC. et AFD + ABCF = ABCD. et FH. ∴ ABCD = ABCD = ABF. ∴ ABF p lineam AG. dividetur bifariam (p probl. 27) ergo etiam ABCD eadem recta AG. dividetur bifariam.

Probl. 39. Trapezium ABCD dividere bifariam p ductam à dato puncto E super basi eiusdem. Fig. 63.

Resolutio Sup basi AB. parallela DC. producta, si opus fuerit accipiatur EF = EB. ducatq a puncto A recta AG. parallela rectæ FD. Dein recta GC. secetur bifariam in puncto H, à quo ducta recta HE problema resolvit.

Demonstraō. Ductis rectis EG. FG. EC. erit 3ang. ADG = AFG. ut pote intra easdem parallelas et sup eadem basi constructa. Hinc ablato communi 3angulo AIG. erit 3ang. AIF = DIG. et addito utriq Trapezio AIGE. habebitur trapezium ADGE = EGF = ECB. ob æqles basis EF. EB. et quia 3ang. GEH = HEC. ob æqles bases GH. HC. igitur Trapezium AEHD = BEHC.

Probl. 40. Dividere bifariam trapeziū ABCD p rectam à dato angulo D. ductam. Fig. 64.

Resolutio

48.
Resolutio Diagonalis C. opposita angulo dato D secetur bifariam in E. Ducaturq EF. parallela alteri diag. BD. ducta DF dividet Trapezium bifar.
Demonstratio Ob AE = EC. e triang. EDA = EDC. et EBA = EBC.
Ex. eam duo Trapezii ADEB. CDEB. et parit inter eqlia: I. ADEB = ADF
et CDEB = B.DF. Nam duo triang. DFE. BFE. et inter se eqlia uti constabit,
si triang. DFB auferatur à duobus triang. inter se eqlibus ppt parallelas BD.EF.
à triang. nempe DEB. DFB. igitur triang. ADF erit = Trapezio BCDF.
Coroll. Ex eadem Fig. patet, qua ratione Trap. dividi possit bifariam p
duas rectas a duobus ang. datis D.B. ductas. Nam si diag. AC. secetur
bifariam in E et ducantur EB. ED. satisfiet problemati.
Probl. 41. Trapezium non parallel basium dividere bifariam, ex dato puncto
E. sup uno latere vg AB. Fig. 65.
Resolutio. Ducatur Trapezium ABCD. ad triang. ADF. dividatur bifariam
basis AF. in puncto G. ducaturq DG. erit triang. ADG = $\frac{1}{2}$ ADF = $\frac{1}{2}$ ABCD
Deinde à puncto G. ducatur recta GH parall. rectae DE. et jungatur EH. Haec dividet bifariam Trapezium ABCD. Demonstratio patet ex dictis
Probl. 42. Trap. ABCD. dividere vg. in 3 partes eqles ex datis duobus punctis E et F. super uno latere. Fig. 66.
Resolutio. Reducatur Trap. ad triang. ADS. Idem triang. dividatur in 3. partes eqles p prob. 36. in punctis H. et I. ex punctis datis in latere E et F.
ducantur rectae ad D. demq à puncto H. ducatur parall. rectae ED et à
puncto I. recta IL. parall. rectae DF. Itaq rectae EK. LF. divident
Trap. in 3. partes eqles nempe in: ADKE. EKLF. FLBC.
Demonstr. Triang. HDK = HEK utpote inter duas parall. quare si ab utroq auferatur commune triang. HOK superit triang. DOK = EOH. addatur utriq Trap. AEOD fiet AEKD = ADH. h.e. tertiae parti Trap. ABCD.
Eodem modo demonstrabitur Trap. AFLD. eqle triang. ADI. h.e. duabus
tertiis partibus Trap. ABCD. Hinc facile infertur Trap. qdlibet EKLF. FLCB.
esse tertiam partem dati Trapezii ABCD.
Probl. 43. Dividere polygonum ABCDE. in 3. partes eqles p rectas ductas
ab angulo D. Fig. 67.
Resolutio Reducatur polygonum datum ad triang. FDG. ita ut vertex triang.
sit D. Trianguli basis FG. in 3. partes eqles dividatur in punctis H et I. Deniq
ex punctis divisionum ducantur rectae HD. ID. habebitur pentagonum divisum
in 3. partes eqles nempe: EDHA. HDI. et IDCB.
B. De reductione polyg. ad triang. in Authore pag. 149. nro 605
Coroll. Fig. 68. Eodem modo in plures partes polygona dividi pont. qdsi
tn aliquod punctu divisionis caderet extra latus AB. reducendum erit
triang. ad Trap. sit vg. Pentagonu ABCDE. dividendu in 4. partes eqles.
1mo Transformetur in triang. FDG. 2. basis FG. dividatur in 4. partes. 3.o quia
punctu H cadit extra latus AB. igitur reducatur triang. HDI. ad Trap. ALDI.
ducta

iucta nimirũ 3ta. parall. ad rectã AB. erũt 4. ptes. æqles: BDL. LDAJ. JDK. KDC3

Probl. 44tum. Inventa trapezij area dividere illud in æqles ptes. Fig. 69.

Resolutio. Inventa area trap. dividatr bifariam sit vg. area totã Trap. AB 3 = 60. erit 60/2 = 30. dimidia pars (nempe 30) comparetr cum 3angulo maiore ADC = 40. et diffra dimidiã areã et 3ang. maius in nostro casu in assumpto exemplo erit 40 − 30 = 10. Demũ hæc diffrã habeatr pro area 3anguli, cuius basis e. A. itaq ex area et basi cognita invematr altitudo eiusdem es, q obtinetr dividendo diffram p ½ basis, inventa altitudo in xta normam sup basi ppe anguli altũ tum A v. ? erigatr ducatq recta AP. erit 3angulũ AeP = diffrẽ nempe 10. hæc ergo subtracta à maiore 3ang. A ? et addita minori 3angulo ADB. efficiet ut linea ea dividet Trap. in 2 ptes æqles.

Probl. 45. Figuram rectilineam qmcunq AB. … in ptes æqles vg 3. dividere. Fig. 70.

Resolutio. Area figuræ inventa dividatr in tot ptes (in 3) in qt dividi debet. 2do. Area unius ptis ultius dividatr bifariam. 3tio. Area 3anguli ACD. subtracta à pte 3tia et residuum dividatr p ½ AD. erit quotus JQ. altitudo 3anguli ADJ. priori 3angulo ACD addendi, ut ACDJ. sit pars 3tia figuræ. 4to. Quare intvallo huius altitudinis ducatr pJ. parallela ipsi AD. ut habeatr in latere AB. punctũ J. ex quo si ducatr recta DJ. erit ACDJ. 3tia pars figuræ. 5to. Pars 3tia dimidia sive 6ta totius figuræ dividatr p ½ DJ. erit quotus NK. altitudo 3anguli DJKJ. 6tam figuræ ptem constituentis. 6to. intvallo igitr huius altitudinis agatr ipsi JD. parallela ut habeatr punctum K. 7mo. Dividatr eam dimidia pars 3tia figuræ p ½ DK. Ut habeatur Lo. altitudo 3anguli KLD. 6tam itidem ptem figuræ constituentis. 8vo. Quare huius intvallo denuo ducatr ipsi KD parallela ut punct. L determinetur. Ducaturq recta KL. quæ ptem figuræ 3tiam nempe: KJDL. resecabit, et sic deinceps, si figura in plures ptes qm 3 dividenda esset.

Aliter idem problemma sic pt solvi 1mo. Quaratr area totius figuræ atq eidem 3angulũ v parallelogrammũ æquale 'struatr. 2do. 3ang. E v parallelogrammũ in ptes petitas dividatr. 3tio. 3angula v parallelogramma singula prout v. spatiũ tulerit, v in alia sibi æqlia commutata in data figuræ area constituatr.

Scholium. Si in resolutione 1ma contigent ACD eẽ maius 3tia pte ipsam ptem tertiam à 3angulo subtrahi necẽe e et residuũ si dividatr p ½ AD. erit quotus altitudo 3anguli ab ipso 3angulo DCA auferendi.

Schol. 2. Ubi in charta divisio absoluta in campo puncta JKL. e qntitem rectarum AJ. JK. et DL. facile determinantur.

Probl. 46. Habita area Parallelogrammi dividere illud in aliquot ptes vg 3. secundum raonem datam 3.4.5. Fig. 71.

Resolutio. Sit area parallelogrammi AB.D = 10800ptias = 12. chordis, sitq dividenda in 3 ptes ita ut prima pars habeat 5. Chordas, 2da. 4. 3tia. 3. mensurentr lata oppta AB. D. sit vg. unumqdq latus = 192. ptiis.

Itaq dividatr latus secundum raonem datam 5.4.3. utendo ter aut bis saltem regula aurea sic: si 12. dant 192. qd dant 5. qd 4. qd 3. Facta opaone invenientur

venient 40 64. 44. ptes. Inventæ ptica transferant in utrumq latus AB & BC: nempe: 40. ex D in C. 64. ex C in F 44. ex F in C. ductæ rectæ per puncta divisionum CG. FH. dividunt parallelogrammum in ratione proposita. Si, altitudo latus parallelogrammi v.g. CD esset minus quam AB. v.g. 100 pticarum tantum pro latere per regula aurea aliter adhiberi deberet.. 2dus enim terminus 100. (n° 192) esset. hinc patet quomodo trapezia parallelorum laterum dividi debeant in partes inæquales secundum datam rationem, cognita prius ipsorum area.

Divisio arearum 1mo. fieri debet in charta, tandem in campo per quantitatem rectarum determinatur.

## De Mensura Solidorum.

Probl. 1mum. Acervum frumenti metiri..

Resolutio. 1. Curandum ut acervus ubique habeat altitudinem perpendicularem et basis ipsius in figuram rectangularem componatur. 2do. Assumatur scala in minutas partes divisa v.g. ulna aut pes in digitos et lineas divisus et mensuretur longitudo et latitudo utriusque baseos (solent enim grana lubrica dum coacervantur basim inferiorem ampliorem reddere superiore) Multiplicata longitudine ut latitudine habebitur area baseos utriusque.

3tio Ex summa utriusque areæ sumatur pars dimidia, hæc erit basis media seu æquata. 4to. Mensuretur porro profunditas frumenti, et per basim æquatam multiplicetur. factum dabit soliditatem acervi, particulis cubicis scalæ adhibitæ definitam. 5to. eadem scala mensuretur modij cylindrici diameter et altitudo, soliditas illius determinetur per numerum 709. 6ta. Soliditas acervi per soliditatem modij dividatur quotiens indicabit quot modios frumentum coacervatum capiat.

Scholion. Si frumentum mensurandum esset in vase aliquo regulari v.g. in Beczkach, Lasichach etc. vasorum gratia soliditas iuxta dicta in Authore, reliqua fiant ut immediate n° 4. 5. 6to..

Probl. 2dum. Struem lignorum metiri.

Resolutio. Quoniam Strues lignorum in formam prismatis rectanguli componi solet nihilo est opus, quam ut adhibita orgya basis et altitudo inveniatur, factum dabit orgyarum numerum. Quodsi plures lignorum series similes post anteriorem parte sint per harum numerum Orgyæ repertæ multiplicentur et habebitur totius acervi soliditas.

Probl. 3tium. Construere virgulam, seu baculum cylindrimetricum, cuius ope numerus mensurarum fluidi alicuius facile invenitur (Fig. 73:

